



Ab. 97. A



SYNOPSIS  
THESIVM SIVE  
AXIOMATVM IVRIS, AD  
Tertiam partem Pandectarum seu Dige-  
storum, Iuris Ciuilis Ro-  
mani,

Authore

DETHARDO HORSTIO, I. V. DOCTO-  
re, & in Academia Iulia Helmstadiana  
Professore.



*VIRTVS INVIDIAM VINCIT.*

Cum gratia & Priuilegio.

HELMSTADII  
Excudebat Iacobus Lucius Transylvanus.  
Anno M. D. LXXXIII.

STYLOS  
J. H. V. M. S. I. V. E.  
A. X. I. O. M. A. T. V. M. I. V. R. I. S. A. D.

Titelblatt  
Abhandlung

DETWARDON  
Abhandlung



NIRUS KATHOLIKUS

CHRISTIANUS & PUBLISCHUS

HERNSTADT  
Exempel Jacobs  
Anno M. D. LXXII



INCLYTO  
ILLVSTRISSIMO  
QVE PRINCIPI AC  
DOMINO, DOMINO  
AVGVSTO,

Sacri Romani Imperij Archimariscalco &  
Electori, Duci Saxoniae, Landtgravio Thu-  
ringiae, Marchioni Misniae, Burggravio  
Magdeburgensi &c. Domi-  
no suo Clementissimo,

DETHARDVS HORSTIVS,  
I. V. DOCTOR,  
Salutem.



*Nanimitis est, Inclyte Illustrissimeq. Prin-  
ceps, Domine Clementissime, omnium Iuris  
Antecessorū sententia, multorum seculorum  
iudicio iam comprobata, in immenso illo va-  
stoq. Iuris Ciuilis Romani pelago interpre-  
tando, nullam posse commodiorem inueniri, teneriue viam,  
quàm si quis, quasi sapientissimus Nauclerus, aduersus irru-  
entes hinc inde ingentes fluctus, immanēs superuenientes  
procellas, durissimos oppositos scopulos, velorum contractio-  
ne & inhibitione, clauiq. prudenti non minùs quàm firma gu-  
bernatione, nauem in tuto retinens, & per medium profun-  
dum eundo, recta via nauem in portum deducens, ita à ve-  
hementissimis fluctibus variorum diuersorumq. iuris respon-  
sorum*

## PRAEFATIO AD

*forum & rescriptorum, à periculosissimis procellis & scopulis  
 pugnantium opinionum, ius, quod si modò in diuersis terminis  
 suis rectè collocetur ac consideretur, purum putum, verum  
 semper & vndequaq; sibi consonans est, eruat, sedeq; sua qui-  
 etissimi pariter ac tutissimi portus collocet: Omnes enim,  
 quotquot vel à limine Iurisprudenciam salutârunt, dicere  
 fateriq; coguntur, vix vastissimi Oceani tantos esse & tam  
 ingentes fluctus, tam immanes procellas, vix tanta immi-  
 nentium scopulorum pericula, quanta sit diuersorum istorum  
 Iuris responsorum, variorumq; rescriptorum copia, & quan-  
 ta dissidentium pugnantiumq; opinionum apud Interpretes,  
 iuris multitudo: & cum in regenda nauis aduersus fluctuum  
 & procellarum vim, scopulorumq; pericula, exilis tantum  
 quedam humana sapientia, quæ cuius etiam de plebe homini  
 contingere possit, necessaria esse noscatur, tum verò contrà  
 ad compositionem diuersorum illorum responsorum rescripto-  
 rumq; Iuris, ad moderationem conciliationemq; vel amputa-  
 tionem pugnantium istarum opinionum, non solum eminenti-  
 simum quoddam sapientiae lumē, sed penè plus quam huma-  
 na & ferè diuina quedam prudentia requiri videtur, qua si  
 praeditus sit, qui opus hoc conturbatum moderandum, exactio-  
 què & naturali ordine componendum suscipit, ad optatum  
 portum, numerosissimam illam splendidissimamq; iuris & le-  
 gum classē, fœliciter traducere posse existimatur: Si verò  
 ea destituatur, instar imprudentis & imperiti naucleri flu-  
 ctibus ac porcellis innumerarum istarum decisionum iuris,  
 quasi vastissimi impetuosissimiq; maris, eum obrutum iri, &  
 in dissis*

## ELECTOREM AVGVSTVM.

in dissidentium opinionum horribiles scopulos impingentem, naufragium eum facturum, ipsi praedicatur. Hosce autem iuris nostri fluctus, hasce procellas, hosce scopulos, totos iam pene viginti annos, continuus disputationum, cum publicarum, tum priuatarum exercitiis, & ab illo primo tempore, quo huic Arti operam nauare coepi, vsq; huc non parum expertus, persuasus tandem sum; vt periculum facere primum conarer, num ex ingenti illa dispersarum legalium sanctionum multitudine, secundum ordinem titulorum, in Pandectis seu Digestis nostri Iuris obseruatum, nuda simpliciaq; axiomata, rationibus tantum euidentioribus additis, extrahere singulaq; debita sua & naturali statione collocare possem: eamq; rem quamuis intolerabiles requirere labores, statim in limine huius operi expertus essem, quandoquidem tamen mediocriter mihi succedere coepisset, nequaquam ab instituto opere destitendum, sed potius summo studio id continuandum esse, arbitratus sum, & Altissimum, Aeternum, Optimu Maximumq; Deum, qui fons est omnis salutaris sapientiae, quosdam, qui hosce meos labores remunerarentur, haud dubie excitaturum esse, speraui eaq; confidi. Cum autem InclYTE Illustrissimeq; Princeps, Elector Auguste, Domine Clementissime, Principibus illis viris, qui gubernacula Reipublicae tenent, & quibus iuris, tam in sanciendo, quam etiam in corrigendo declarandoq; propria est omnis moderatio, hanc meam operam dedicandam esse censuissem, & Synopseos huius meae primam partem Caesareae Maiestati, alteram Electori Palatino, Dominis meis Clementissimis nuncupassem, vt tertiam partem

PRAEFATIO AD

*Illustrissimæ tuæ Celsitudini suppliciter deferrem, singulari affectione, & quasi zelo quodam commotus sum: Non solum enim id ob oculos mihi versabatur, quòd Illustrissima tua Celsitudo, post Cæsaream Maiestatem, secundum locum inter reliquos omnes seculares Principes teneret, sed occurrebant etiam ilico imagines Maiorum Celsitudinis tuæ, qui legalium sanctionum directione, plurimum suo tempore Rempublicam iuuârunt, & præsertim Imperatoris Lotharij, qui totum hoc ius ciuile Romanum, quod infælicissimis istis temporibus penè deperditum & situ mucò obductum, in bibliothecis cœnobiorum absconditum iacebat, in lucem reduxit, pristinoq; restituit nitore: tum verò de propriis Celsitudinis tuæ virtutibus in mentem mihi venit, & præsertim illud, quanta sua, nec non prudentissimorum suorum Consiliariorum (quos tam in aula, quàm etiam in Academiis suis, Illustrissima Celsitudo tua, lectissimos certè habet) alacritate, quanto studio, quantaq; diligentia, quantis etiam sumptibus atq; impendiis, controuersarum Iuris questionum Decisiones, opus inquam illud **CONSTITUTIONVM**, aliasq; tam Politicas, quàm etiam Ecclesiasticas ordinationes, Illustrissima Celsitudo tua cõfici, atq; in publicum diuulgari curauerit: quanta etiam liberalitate atq; munificentia, omnia omnium generum liberalia studia, hûc vsq; Celsitudo tua adiuuârît promoueritq;. Inter cætera deniq; illud etiam maximè me incitauit, quòd cum Illustrissima Celsitudo tua, in toto hoc Romanogermanico imperio plurimum sua authoritate polleat, dari hac ratione posse occasionem existimaui, vt Illustrissima Celsitudo tua*

*meis*



ELECTOREM AVGVSTVM.

meis aliorumq; precibus adducta, persuadeat atq; instiget Cæsaream Maiestatem ceterosq; imperij Proceres, ad consimile Decisionum opus, sicut in recessu comitiorum Spirensium, Anno salutis millesimo quingentesimo septuagesimo promissum est, perficiendum ac promulgandum: quæ res quanto opere minuere possit omnes, omnium curiarum & Scholarum, labores, quot tollere possit controuersiarum occasiones, & quot quantaq; alia commoda inde prouentura sint, dici satis non posse videtur. Illustrissima itaq; tua Celsitudo, InclYTE atq; Illustrissime Princeps, Domine Clementissime, vt tertiam hanc partem Synopseos meæ axiomatum, ad tertiam partem Pandectarum collectorum, sub InclYti sui nominis præsidio in publicum prodire patiatur, meq; cum meis studiis, vt fidelissimum suum clientulum, sibi commendatum habeat, ac non tam huius oblatis opusculi tenuitatem, quam quòd illud non absq; magnis sudoribus, curis atq; vigiliis confectum sit, sicut testari poterit vel vnus titulus, De præscriptis verbis & in factum actionibus, aut vna illa quæstio, an in Deposito solus dolus vel etiam culpa præstetur, Clementissime velit æstimare, deuotissime oro atque obsecro. AÆternus, Optimus, Maximusq; DEVS Ecclesie suæ & eorum, qui ei vbiuis terrarum, tanquam nutritij præsent, summus *ἡγεμὼν* Illustrissimam Celsitudinem tuam diu incolumem seruet, consiliaq; & Cæsareæ Maiestatis, & tua, & reliquorum Principum, ad communem omnium ciuium salutem, pacem & tranquillitatem dirigat. Helmstadii in  
Academia

PRAEFATIO AD ELECT. AVGVST.  
*Academia Iulia, 3. Calend. Augusti, Anno reparatae per  
Christum Iesum salutis, 1583.*

Illustriss. Celsitud. tuæ.  
addictiss.

Dethardus Horstius Frisius Orien-  
talis I. V. Doctor.

# DIGESTORVM SEV PANDECTARVM

## Pars Tertia:

### LIBER DVODECIMVS:

*Disputat. I. Respond. VVillichius Piscatorius Mundensis.*

De rebus creditis, si certum petatur, & de certi conditione:

#### Titulus Primus.

1. 2. 3. *Creditum quid, & quomodo à mutuo differat?*  
4. 5. 6. *Mutuuum quomodo datione contrahatur?*  
7. 8. *Mutuuum quas pactiones recipiat?*  
9. 10. 11. 12. *Mutuuo dantem oportet esse dominum, aut domini loco.*  
13. 14. *Quomodo breui vel longa manu mutuuum contrahatur?*  
15. *Conditio quid & quotuplex?*  
16. 17. 18. 19. *Certum quid, & certi conditio ex quibus causis competat?*  
20. 21. *Certi conditio numeratæ pecuniæ, quomodo à triticaria differat?*  
22. *Vltramontanorum & Citramontanorum disputatio.*  
23. 24. *Conditio triticariæ proprietatis.*  
25. *Conditio pecuniæ numeratæ in bonæ fidei iudicijs.*

I.



Voniam multa, ad contractus varios pertinentia, iura, Prætor sub hoc titulo proposuit, ideò rerum creditarum titulum præmisit: credendi enim appellatio generalis est, & omnes contractus, quos alienam fidem secuti instituimus, complectitur: quia cuicumque rei assentiamur, alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur <sup>a</sup>.

II. Creditum ergo à mutuo differt, quasi genus à specie: nam creditum consistit etiam extra eas res, quæ pondere, numero mensurae continentur, sicut si eandem rem recepturi sumus <sup>b</sup>.

B In-

*b. l. 2. §. creditum. b. tit.*

SYNOPSIS THES. AD PAND. LIB. XII.

*c. d. l. 2. §. vers. creditum autem.*

*d. d. l. 2. §. fin.*

*e. d. l. 2. §. mutui datio.*

*f. d. l. 2. in prin.*

*g. l. 3. h. tit.*

*h. l. 7. omnia h. tit.*

*i. l. 8. proinde mutui. h. tit.*

*k. l. 4. si quis nec causam. &*

*d. l. proinde. l. 9. quod si ab i-*

*nitio. l. 19. non omnis in prin.*

*l. 36. pecuniam. cū 3. seq. b. tit.*

III. Interdum creditum est, etiam si nihil proficiatur, veluti si post nuptias dos promittatur <sup>c</sup>: verbis quoque credimus, quodam actu ad obligationem comparandam interposito, veluti stipulatione <sup>d</sup>.

III. Mutui datio autem consistit, in his rebus, quae pondere, numero mensura consistunt: quoniam earum datione possumus singulariter in creditum ire, quia in genere suo functionem recipiunt, & cum res una fungibilis homogenea, eiusdem qualitatis & quantitatis, pro alia, veluti triticum pro tritico datur, magis ferè eadem quam alia res restitui videtur: quod in rebus alijs non fungibilibus, non perinde est <sup>e</sup>.

V. Mutuum namque damus, recepturi non eandem speciem, quam dedimus, alioquin commodatum erit aut depositum, sed idem genus: quod si aliud genus, veluti pro tritico vinum, recipiamus, non erit mutuum <sup>f</sup>.

VI. Cum autem quid mutuum dederimus, etiam si non cauimus, ut tantumdem nobis eiusdem generis qualitatis & quantitatis reddatur, tamen rem alterius generis vel eiusdem generis deteriore, aut minoris quantitatis reddere non licet: nam in contrahendo quod agitur, id pro cauto est <sup>g</sup>.

VII. Omnia porro quae inseri stipulationibus possunt, eadem possunt etiam numerationi pecuniae: atque ita, cum conditiones etiam adijci possint <sup>h</sup>, fit ut pendeat interdum mutui datio, atque ex postfacto confirmetur <sup>i</sup>, cuius rei exempla aliquot sub hoc titulo proponuntur <sup>k</sup>.  
Ut for-

TIT. I. DE REB. CRED. SI CERT. PETA.

VIII. Ut fortis nomine minus reddatur quā datum est, conuentio valet<sup>l</sup>, vt plus reddatur non valet: quamuis vt supra fortem, vsurarium aut pensionis nomine aliquid præstetur, stipulatione vel pacto in continenti adiecto effici possit<sup>m</sup>.

IX. Oportet verò in mutui datione dantem esse dominum<sup>n</sup>, aut domini loco esse, & liberam administrationem rerum habere<sup>o</sup>: nam & cum filiusfa. vel seruus peculiare nummos mutuò dant, patri vel domino quæritur obligatio<sup>p</sup>.

X. Sed etsi tu nomine meo voluntate mea pecuniam mutuò dederis, mihi acquiretur actio, licet nummi mei non fuerint<sup>q</sup>: è contra quoq; si nummos meos tuo nomine voluntate tua dero, tibi acquiritur obligatio: & sic quotidie credituri pecuniam mutuam, ab alio poscimus, vt nostro nomine creditor noster det futuro debitori nostro<sup>r</sup>.

XI. Si filiusfa. viaticum suum mutuum dederit, cum fortè studiorum causa Romæ ageret, responsum est, extraordinario iudicio illi subueniendum esse<sup>t</sup>: sicut & aliàs in factum actiones exercere eum posse, & ordinariam actionem nullam suo nomine exercere posse, exceptis paucis, proditum est<sup>u</sup>.

XII. Interdum etiam consumptione confirmatur mutuuum, quod ab initio non constabat<sup>x</sup>, veluti si furiosus mutuò dederit<sup>y</sup>, si fur furtiuos nummos mutuò dederit<sup>z</sup>, aut si quis alius alienos nummos suo nomine mutuò de-

B 2 derit,

*l. l. 17. si tibi decem in prin. §. de pact. l. 11. rogasti. §. si tibi dederis. h. tit. m. l. 40. lecta. h. tit. vide Reichs abscheide tit. von wücherlichen contracten 1. parte 1. fol. 55. fol. 108. & fol. 223. itemq; parte 2. fol. 54. & fol. 289. n. d. l. 2. §. in mutui datione. h. tit. o. l. 9. certi conditio. §. idemq; erit. l. 26. si pecuniã. h. tit. p. d. l. 2. §. in mutui datione. l. 11. rogasti. §. si fugitiuus. l. 13. nam etsi fur. §. si seruus. h. tit. q. d. l. 2. §. in mutui datione. & d. l. 26. si pecuniam. h. tit. r. d. l. certi conditio. §. si nummos. h. tit. vide l. 3. & 4. & l. 7. non vnde. l. 13. eum qui. C. si cert. pet. f. l. 17. cum filiusfamilias. h. tit. l. 18. si longius. §. 1. §. de iudic. t. l. 13. in factum. §. de obligat. & action. u. l. 9. filiusfa. suo i. d. tit. de oblig. & act. x. l. 11. rogasti. §. fin. h. tit. y. l. 12. si a furioso. hoc tit. z. l. 13. nam etsi fur. in prin. h. tit.*



SYNOPSIS THES. AD PAND. LIB. XII.

a. d. l. nam etsi fur. in prin. derit a, si pupillus sine tutoris autoritate cre-  
 vers. unde Papinianus. diderit b.

b. d. l. 19. non omnis. §. si XIII. Sed & singularia quaedam recepta sunt  
 pupillus. b. tit. circa pecuniam creditam, ut ex consensu con-  
 trahentium, interdum breui quod aiunt c, vel  
 c. l. 43. licet. §. 1. vers. tunc longa manu d, sine traditione, fictionibus tan-  
 enim. §. de iure dot. tum legis opitulantibus, e mutuum contraha-  
 d. l. 79. pecuniam quam. §. tur f.

De solut. & lib. XVIII. Si enim ego mutuacionis causa debi-  
 e. l. 34. qui negotia. §. 1. §. torem meum iussero tibi soluere, vel quod ex  
 mandat. l. 3. §. fin. vers. nam donationis aut mandati causa debes, iusserim  
 etsi donatio. §. de donat. inter ut ex crediti causa retineres, perinde mutuum  
 vir. & vxor. contrahitur, ac si mihi pecunia data, & a me  
 f. l. 15. singularia. b. tit. ad te profecta esset g: secus tamen si sine meo  
 g. d. l. singularia. & l. 20. si assensu tu id volueris h. Sed nunc de certi con-  
 tibi pecuniam. b. tit. l. 6. si ex dictione videndum.

precio. C. si cert. peta. XV. Condiotionem, ut alibi ait Iustinianus  
 h. d. l. qui negotia. §. 1. Imperator, dicimus Actionem in personam  
 i. §. appellamus. I. de act. esse, qua dare aut facere oportere aduersarium  
 k. d. l. 9. certi condicio. in intenditur i: est autem condicio aut certi aut  
 prin. b. tit. l. 22. sed si me §. Imperator, dicimus Actionem in personam  
 fin l. 40. qui exceptionem §. esse, qua dare aut facere oportere aduersarium  
 si pars. §. de cond. indeb. l. 3. intenditur i: est autem condicio aut certi aut  
 §. de cond sine causa. l. 12. & incerti k, sicut & de stipulationibus proditum  
 ideo in fi. i. de cond. furt. l. 8. est l.

si tibi liberum. i. de act. emp. XVI. Certum est, cuius species vel quanti-  
 l. 60. quod si nulla i. de lega. tas, que in obligatione versatur, aut nomine  
 i cum similibus suo, aut ea demonstratione, qua vice nominis  
 l. l. 74. stipulationum qua- fungitur, qualis quantaque sit ostenditur: in-  
 dam certae. cum l. seq. §. de certum contra m.

verb. obl. l. 6. scire debuisti. XVII. Sed sicut conuentionum quaedam tran-  
 C. de contr. & com. stip. seunt in proprium genus contractus, quaedam  
 m. l. 6. certum b. tit. & d. l. in suo nomine, generali scilicet contractuum,  
 stipulationum quaedam certae stant: ita quoque condictiones ex contracti-  
 cum l. seq. §. de verb. oblig. bus proficiscentes, quaedam in speciale nomen  
 actionis

actionis transeunt, quædam vero non <sup>n</sup>.

XVIII. Certi condictio igitur competit ex omni causa, ex omni obligatione, ex qua certum petitur, siue ex nominato contractu, qui certam specialem formam habet, siue ex contractu innominato, qui incertam & non specialem formam habet <sup>o</sup>.

XIX. Licet enim nobis ex omni contractu certum condicere, dummodo præsens sit obligatio, & competit hæc actio etiam ex legati causa, & ex lege Aquilia, & ex causa furtiua, &c. siue suo nomine quis obligatus sit, siue alieno <sup>p</sup>. Sed his & alijs similibus casibus, specia- lia quoque sunt actionum nomina prodita, puta actio ex testamento <sup>q</sup>, Actio legis Aquiliæ <sup>r</sup> condictio furtiua <sup>f</sup>.

XX. Eadem ratione ex mutuo quoq; certi condictio competit, in omnibus supradictis & alijs casibus, ubi mutuum ritè contrahitur <sup>t</sup>: attamen illa actione si certum petetur, is demum utitur, qui certam pecuniam numeratam petit <sup>u</sup>, licet extra causam mutui <sup>x</sup>.

XXI. Qui alias res certas, mobiles vel soli, ex quacunq; obligationis causa petit, condictione utitur Triticaria <sup>y</sup>: sed utrobique speciales ferè, ut dictum est, proditæ sunt actiones <sup>z</sup>: atque ita apparet, certi condictionis duo esse genera intermedia, alterum pecuniæ numeratæ alterum Triticariæ: species condictionum singulares esse multas <sup>a</sup>.

XXII. Cognoscitur quoq; hinc carere iudicio logico, tota illa Citramontanorū & Ultra-

*n. d. l. iurisgentium. in prin. §. 1. l. 1. 2. 3 & 4. §. de præscript. verb.*

*o. d. l. 9. certi condictio. in prin. h. tit. d. l. iurisgentium in princip. §. 1. §. de pact. d. l. 1. 2. 3. & 4. §. de præscr. verb.*

*p. d. l. certi condictio. in prin. vers. licet. cum. §. seq. h. tit.*

*q. l. 1. & ibi Dd. C. com. de lega. & fideicom. Bart. & alij in l. 1. §. de lega. 1. Dd. cōmuniter in §. nostra autem. I. de lega.*

*r. tex. in prin. tit. & §. fin. I. de lege Aquil. toto tit. §. ad legem Aquil. & C. eod. §. toto tit. §. de condict. furt. t. num. 7. & 7. seqq. §. eo. tex. in prin. tit. I. quibus modis re contrah. oblig.*

*u. l. 1. in prin. §. de condict. tritica.*

*x. d. l. certi condictio in prin. h. tit.*

*y. d. l. 1. in prin. §. de condict. trit.*

*z. d. l. certi condictio in prin. & d. l. 1. in prin. §. de condict. tritica.*

*a. d. l. certi condict. in prin. & d. l. 1. in prin.*

SYNOPSIS THES. AD PAND. LIB. XII.

b. vide de hac disputatione Bald. in rub. h. tit. gloss. et Dd. communiter in d. l. certi conditio. in prin.  
 c. vide Iasonem & Rasium in d. l. certi conditio in prin.  
 d. l. 22. vinum h. tit. l. pen. & ult. §. de condit. tritica.  
 e. l. 31. cum fundus. h. tit. l. 4. §. post litem. §. fin. reg. l. 12. de eo. §. si post. §. ad exhib. l. 12. si in Asia. i. de pos.  
 f. l. 5. quod te mihi dare. h. tit. l. 23. si ex legati causa. §. de verb. obl. l. 5. si quis. §. fin. j. de collat. bono.  
 g. l. 35. periculum. h. tit. l. 22. mulier. §. sed enim. §. ad S. C. Trebell.  
 h. l. 18. his consequenter. §. sumptuum §. fam. hercisc. l. 22. mora. §. in bonæ fidei. §. de usur. & fruct.  
 i. de his copiosissimè Dd. in §. actionum. I. de act.  
 k. l. 1. & 2. l. 26. qui iurasse. §. fin. j. tit. prox.  
 l. l. 7. ait prætor. cum l. seq. & l. 9. nam postquam. in pr. & §. seq. l. 11. sed & possessori. l. 34. iusiurandum & ad pecunias. §. fin. j. tit. prox.  
 l. 8. actori. C. de rebus cred. et iureiu. §. item si quis postulante. I. de act. §. æquè si debitor. I. de except.

montanorum disputatio, an vna tantum sit generalis, vna specialis certi conditio, vel non b: & tamen in ista confusione, veritati magis esse consentaneam Ultramontanorum sententiam, qui dixerunt, vnam esse conditionem certi generalem, speciales multas c.

XXIII. Vinum quod mutuum datum erat, per iudicem petitum est, si dictum sit quo tempore redderetur, æstimatio fiet quanti tunc fuit: si non, quanti tum, cum petitum est: eademque ratione loci conuenti, aut eius vbi petitum est, æstimatio inspicitur d.

XXIV. Sed etsi homo vel fundus petitus sit, post iudicium acceptum omnis causa restitui debet e: & si post moram res interierit, periculum est debitoris f: sicut & periculum nominis ad eum pertinet cuius culpa deterius factum est g.

XXV. Quoties autem pecunia numerata condicitur, in bonæ fidei iudicijs ex mora vsuræ etiam præstari debent, etiamsi non sint singulariter promissæ h: sicut & alia quædam singularia habent bonæ fidei iudicia i: Sed nunc de iuramentis videamus, quibus plurimæ rerum creditarum controuersia terminantur k: ex quibus etiam, tanquam ex credito, actio vel exceptio competit l.



TIT. II. DE IVREIVRANDO.

Disputatio II. Respond. Ioachimus Schinckelius, Pomeranus.

De Iureiurando, siue voluntario, siue necessario, siue Iudiciali. Tit. 2.

1. Iusiurandum quid est & quotuplex?
2. Voluntarium quid est & quotuplex?
3. 4. Vltroneum quid est & quæ vis eius?
5. Conuentionale quid est & quæ eius vis?
6. Necessarium quid est eiusque exempla.
8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Iudiciale iuramentum, & ubi id locum habeat?
15. 16. Iudicialis iurisiurandi vis.
17. 18. Suppletium ubi locum habeat, & quid à iudiciali distet?

I. Iusiurandum est enuntiatio, religio a ob-  
testatione confirmata<sup>a</sup>: iurare enim, nisi  
per verum Deum, fas non est<sup>b</sup>: Distinguitur au-  
tem Iusiurandum in voluntarium & necessari-  
um<sup>c</sup>, & aut attestationis aut promissionis cõ-  
firmandæ causa<sup>d</sup> adhibetur, extra iudicium<sup>e</sup>  
vel in iudicio<sup>f</sup>.

II. Voluntarium est, quod voluntariè atque  
ex arbitrio proprio præstatur<sup>g</sup>: videlicet cum  
extra iudicium iuratur, sinè decreto magistra-  
tus<sup>h</sup>: idque est vltroneum<sup>i</sup>, aut conuentionale<sup>k</sup>.

III. Vltroneum quod vtrò ac nemine defe-  
rente præstatur: qualia iuramenta, si attestati-  
onem tantum contineant, tanquam temeraria,  
alteri non præiudicant<sup>l</sup>: puta si legatarius ex-  
tra iudicium vtrò iurauerit, hæreditatem sa-

a. c. 1. c. considera cum 4. seq.  
& c. mouet. 22. quæst. 1. c. et-  
si Christus. extra de iureiur.

b. d. c. considera cum 4. seq.  
et d. c. mouet. d. c. etsi Christus.

c. l. 1. in verb. vel ex pactio-  
ne, vel ex autoritate. l. 17.  
iusiurandum quod ex conuen-  
tione, in prin. l. 34. iusiuran-  
dum vel ad pecuniam. §. ait

prætor. ibi iurare cogam. h. t.  
l. 9. delata. & l. penult. §. 1.  
ibi. necessitate imponenda. &

§ his de præsentibus. ibi. ne-  
cesse est C. de reb. cred. & iu-  
reiuran. c. 2. 22. q. 1. et ibid. q.  
1. in prin. et notauit inter cæ-  
teros hanc Dichotomiam

Franc. Duaren. in tit. C. de  
tis a- reb. cred. et iureiu. c. 2. in prin.

d. d. c. 1. 22. causa q. 1. & ibid. q. 1. in prin. & d. c. etsi Christus. e. d. l. iusiu. quod ex  
conuentione & l. 28. in duob. §. fin. h. tit. f. d. l. pen. §. 1. C. de reb. cred. & iureiu. & l.

12. rem non nouam. C. de iudicijs. g. d. 22. causa q. 1. in prin. & per tot. h. l. 23. si le-  
gatus. §. de dolo malo. d. 22. causa. q. 1. per tot. i. d. l. si legatarius. d. 22. causa. quæst.

1. in prin. & per tot. k. d. l. iusiu. quod ex conuentione. & d. l. in duob. §. fin. h. tit.

l. 1. 3. in prin. h. tit. d. l. si legatarius. & d. 22. causa. q. 1. c. sicut ex literis. extra de iureiuran.  
l. 4. §. deferre. j. tit. prox.

SYNOPSIS THES. AD PAND. LIB. XII.

m. d. l. si legatarius. n. d. c. mouet. ibi contra pollicitã fidẽ fecit, quod nõ debuit. 22. quæst. 1. et 22. quæst. 2 per tot. c. 3. peruenit. x. de iureiu. o. d. l. 1. et 2. d. l. iusiur. quod ex conuentione. in prin. l. 25. sed et si. l. 26. qui iurasse. §. fin. et d. l. 28. in duob. §. fin. h. tit. p. d. l. 1. et 2. et d. l. iusiurand. quod ex conuentione. et d. l. in duobus §. fin. d. c. 3. peruenit. c. ex rescript. c. breui. c. quemadm. in prin. x. de iurei. q. auth. Sacramenta puberũ. C. si aduersus vendi. et §. fin. tit. 53. de pace ten. int. subd. lib. 2. in vsibus feudorum. r. d. l. 1. et d. l. 34. iusiur. et ad pecun. §. ait prætor. h. t. d. l. pen. §. 1. et §. his se præsentib. C. de reb. cred. et iureiur. s. dd. ll. et l. 2. l. 26. qui iurasse. §. fin. l. 31. admonendi. et d. l. 34. iusiurand. et ad pecun. §. fin. h. tit. t. vide tit. 53. de pace ten. inter subd. et iuram. firm. in prin. lib. 2. in vsibus feudo. vide Reichs abscheidt An. 1. 5. 12. zu Eöln auffgericht. §. vnd nach dem sich manni- felbig/ parte 1. mihi. fol. 84. Item Abscheid Anno 1555. zu Augspurg auffgericht/ §. als sich dann auch zu viel mahlen/ parte. 2. mihi fol. 86. u. Nou. 9. Iusiur. quod præstatur ab his. et c. et tit. 6. qual. iura deb. vas. domino. cum duob. tit. seq. lib. 2. in vsib. feud. x. l. 12. rem non nouam. in prin. C. de iudic. §. 7. et §. vlt. Nou. vt iud. sine quoq. suffrag. y. d. l. rem nouam. §. patroni autem. z. vide in der Keyserlichen Camergerichts ordnung part. 1. tit. 17. Von Eiden der Camergerichts personen/ von des Keyserlichen Camergerichts vnd besizers eid/ cum aliquot tit. seq. vide etiam Illustriß. Iulij S. B. Hoffgerichts ordnung. tit. 23. Hoffrichters vnd besizers eid/ cum aliquot seqq.

tis abundeq; sufficere ad solida legata soluenda: qua ratione si solida legata sit consecutus, datur hæredi aduersus eum de dolo actio m.

IIII. Si vero pollicitationem contineat iuramentũ vltroneum, obligationem pariet, & iuramento conuentionali comparabitur, quia fides iureiurando data, integra & sacrosancta esse debet n.

V. Conuentionale est quod ex conuentione partium præstatur o, idq; omnino ratum esse iubetur, etiamsi extra iudicium vel attestationis causa interpositum sit, vel promissionis p: adeo vt minor quoq; 25. annis istiusmodi iuramentum inuiolabiliter custodire præcipiatur, & contra id non restituatur q.

VI. Necessarium iusiurandum est, quod necessario propter magistratus auctoritatem præstatur r: atq; hoc rursus propter magistratum, cuius auctoritatem omnes reuereri debent, omnino ratum habendum est f.

VII. Talia sunt iuramenta promissionis, quæ præstant subditi de obedientia & fidelitate r, magistratus inferiores u & iudices x, item aduocati & procuratores y alijq; iudiciorum ministri, de officio suo z.

VIII. Talia etiam sunt iuramenta testificationis,

TIT. II. DE IVREIVRANDO.

nis, quæ authoritate iudicis in iudicijs præstantur, cum pars parti iuramentum de causæ veritate defert, & iudex id approbat, præstari- que iubet <sup>a</sup>: nam hæc quoq; iuramenta quan- dam necessitatem habent, propter iudicis in- teruentum <sup>b</sup>: quamvis quia à parte parti de- feruntur, conuentionem quoq; habeant <sup>c</sup>: & hæc sunt, quæ vulgò simpliciter iudicialia vo- cantur <sup>d</sup>.

IX. Potest autem non solum ipse actor Reo, vel Reus Actori, iusiurandum in iudicio defer- re, sed etiam procurator, qui aut vniuersorum bonorum administrationem sustinet, aut huius negocij speciale mandatum habet, aut in rem suam procurator est: itemq; tutor pupilli no- mine, curator nomine adulti, furiosi prodigi- ue <sup>e</sup>.

X. Quòd si quis nemine deferente, vel eo deferente, qui deferendi potestatem non ha- bet, iurauerit, etiam si in iudicio, tamen iudex iusiurandum, vtpote vltroneum, non tuebitur: sibi enim iurauit, & alioqui facilimus quisq; ad iusiurandum decurrens, oneribus actionum se liberaret <sup>f</sup>.

XI. Et quidem cum olim essent variæ iura- mentorum formulæ, iurare omnino ea forma oportebat, qua delatum esset iusiurandum <sup>g</sup>: quæ dubitatio hodie non ita incidit, quia hæc tantum forma iurandi nunc probatur, vt verum Deum obtestemur <sup>b</sup>.

XII. In continenti tamen, etiamnum hodie, iusiurandum acceptari oportebit: si ex inter-

C uallo

a. l. 1. l. 34. iusiurandum est ad pecunias. §. ait prætor. ibi iurare cogam. l. 31. admonen- di. h. tit. l. 9. l. delata et l. pen. §. 1. §. seq. C. de reb. cred. et iureiu.

b. d. l. 1. l. 7. ait prætor. in prin. d. l. 26. qui iurasse. §. fin. et d. l. iusur. et ad pe- cunias. §. ait prætor. ibi aut iurare cogam. et §. fin. h. tit. d. l. 9. delata. et d. l. pen. §. 1. ibi necessitate ei imposita. et §. his de præsentibus. ibi ne- cesse est. C. de reb. cred. et iu- reiu. c. vlt. in prin. x. de iu- reiu.

c. d. l. 1. et 2. d. l. 25. sed et si seruus. et d. l. qui iurasse. §. fin. cum l. seq. d. l. admonendi. in fin. h. tit. l. 1. l. 6. cum propo- nas. C. de reb. cred. et iureiu.

d. Dd. in §. item si quis po- stulante. I. de act. et hic ad rub. l. 9. nam posteaquam. §. pen. d. l. 17. iusiu. quod ex cõ- uentione. §. 1. cum aliquot re- sponsis seq. d. l. 34. iusiu. et ad pecunias. §. defensor. l. 35. tu- tor. l. fin. §. vlt. h. tit. l. 7. nec filius. C. eo.

f. d. l. 3. in prin. h. t. l. 23. si le- gatarius. §. de dolo malo.

g. d. l. 3. §. fin. cū 3. responsis. seqq. l. 33. qui per salutē. h. ti.

h. c. considera. cum 4. seqq. et c. mouet. 22. q. 1.

SYNOPSIS THES. AD PAND. LIB. XII.

i. l. 5. non erit. §. fin. cum l. seq. b. tit.

k. d. l. iusiurandum et ad pecunias. §. datur autem.

l. l. 38. manifestæ. b. tit. l. 25. illud. aut illud. §. fin. j. de const. pecun.

m. d. l. iusiurandum. & ad pecunias. §. qui iusiurandū.

n. l. 14. quoties. b. tit.

o. d. l. 3. §. quacumq. cū seq. & l. 34. iusiurandum & ad pecunias. in prin. b. tit. l. 3. cū 3. seqq. l. 10. in actione. C. de reb. cred. & iureiu.

p. d. l. iusiurandum & ad pecunias. §. fin. b. tit. l. 9. delata. C. de reb. cred. et iureiu.

q. d. l. 7. ait prætor. cum aliquot respōsis seqq. d. l. 28. in duob. §. fin. b. tit. l. 16. actori. C. eo. d. §. item si quis postulante. I. de act. §. æquè si debitor. I. de excepti

uallo quis id acceptare volet, nihil agit: quamuis aliàs remitti iusiurandum possit, & perinde, quia gratia eius facta est, habetur, ac si præstitum esset i.

XIII. Sed & referri iusiurandum potest, ei qui detulit k: manifestæ autem turpitudinis & confessionis esse dicitur, nolle nec iurare, nec iusiurandum referre l: attamen qui non vult iusiurandum referre, sed iurare paratus est, potest petere, vt priùs ipse de calumnia iuret, qui iusiurandum detulit, sed referens iusiurandum, id præstare non compellitur m.

XIIII. Adeo verò is, cui delatum neq; remissum est iusiurandum, præstare id cogitur, vt nec parenti nec patrono id iusiurandū remittatur, quoties propter rem iuratur n: & alioqui in omnibus iudicijs id iusiurandum deferri potest, siue actionem personalem, siue realem, siue interdictum quis intentauerit o.

XV. Quod si igitur res in iusiurandum demissa est, Iudex iurantem Reum absoluet: referentem audiet: si Actor iuret, condemnabit Reum: nolentem iurare Reum, si soluat, absoluit, non soluentem condemnat: ex relatione non iurante Actore, absoluit Reum p.

XVI. Sed & actori ex suo iureiurando, Actio in factum datur, quasi in creditum itum sit iurisiurandi religione: Reo ex suo iureiurando datur Exceptio, vel denegatur aduersus eum Actio q.

Potest

TIT. III. DE IN LITEM IURANDO.

XVII. Potest porrò etiam iudex in bonæ fi-  
dei iudicijs, nec non in cæteris causis, cum se-  
miplenè, per vnū fortè testem, probatum est,  
Suppletium, quod vocant, deferre iusiuran-  
dum: idq; κατ' ἐξοχήν Necessarium dicitur,  
sicut & illud, quod Purgationis vocant.

r. l. 3. C. de reb. cred. & iu-  
reiu. c. vlt. §. fin. x. de iureiu.  
f. Dd. in d. §. item si quis po-  
stulante. I. de act. d. l. 31. ad-  
monendi. h. tit. & d. l. 3. C. de  
reb. cred. & iureiu.

XVIII. Sed post hoc iusiurandum Necessari-  
um Suppletium præstitum, si noua instrumē-  
ta reperisse si quis dicat, quibus nunc solis v-  
surus sit, permittitur interdum ex integro cau-  
sam agere: quamuis si iureiurando, quod Iu-  
diciale vulgò appellari diximus, negotium  
transactum sit, non concedatur hoc præ-  
textu, eandem causam retra-  
ctare.

t. Dd. in d. §. item si quis po-  
stulante. l. fin. §. sanè vbi gl.  
in verb. conscientia. C. de his  
qui ad eccles. confug. Auth.  
nouo iure. C. de pæn. iud. qui  
male iudica. & toto tit. x. de  
purgat: canon:  
u. d. l. 5. non erit. §. dato. d. l.  
31. admonendi. vbi latiss. Dd.  
h. tit. l. 4. §. pen. & l. vlt. §.  
tit: prox:

De in litem iurando. Tit. 3.

- 1. 2. 3. Iusiurandum in litem quale, & vbi locum habeat?
- 4. 5. Quis præstet hoc iuramentum, & quo modo?
- 6. An iuramentum hoc possit iudex non sequi?

I.

Species denique iurisiurandi istius Necessarij, quod ab ipso iudice in iudicio defer-  
tur, est etiam iuramentum illud, quod in li-  
tem vocant: deferre enim hoc iusiurandum  
Iudicem oportet, cæterùm si alius detule-  
rit, vel eo non delato iuratum sit, nul-  
la erit religio, nec iusiurandum habebi-  
tur.

x. l. vlt. b. tit.  
a. l. 4. videamus. §. deferre.  
b. tit.

SYNOPSIS THES. AD PAND. LIB XII.

- b. l. 1. in fine. cum l. seq. et l. 5. in actionib. vers. sed in his omnibus. l. 8. tutor. & l. pen. h. tit.
- c. l. 2. C. de in litem iurando.
- d. l. 1. §. 1. si mens. fals. mo. dix. l. 32. quod Nerua. §. de. pos. l. 226. magna negligētia. §. de verb. sign.
- e. l. 2. §. fin. & d. l. 4. videamus. §. fin. d. l. 5. in actionib. vers. sed in his omnibus. h. tit.
- f. d. l. 2. in prin. & d. l. in actionibus. in prin. l. 1. & 2. l. pen. & ult. C. eo.
- g. d. l. in actionibus. in fine. cum l. seq. h. tit.
- h. l. 7. vulgò. & d. l. 8. tutor. in fin. h. tit.
- i. d. l. 4. videamus. in prin. et §. 1. h. tit.
- k. d. l. tutor.
- l. d. l. videamus. §. iurare autem. & d. l. in actionibus. in prin.
- m. l. ult. h. tit.
- n. d. l. videamus. §. item videndum. & d. l. in actionibus. vers. item et si. b. tit.
- II. Iuratur vero in litem, ob dolum vel contumaciam, puta non restituentis, vel non exhibentis <sup>b</sup>: vel ob latam culpam <sup>c</sup>, quæ dolo æquiparatur <sup>d</sup>: ex culpa autem alia, non esse deferendum hoc iusiurandum constat, sed æstimationem à iudice faciendam <sup>e</sup>.
- III. Et quidem in litem iuratur, in actionibus in rem, & ad exhibendum, & in bonæ fidei iudicijs <sup>f</sup>: interdum & in actione stricti iudicij, veluti si promissor Stichus moram fecerit, & Stichus decesserit <sup>g</sup>.
- III. In litem autem alius iurare non debet, quàm Dominus litis, qui litem suo nomine cōtestatus est <sup>h</sup>: planè in tutelari causa, pupillus impubes iurare non potest: neq; tutores vel curatores, vt iurent, cogendi sunt, quanquam volentes admittantur: adolescens si velit iurare potest <sup>i</sup>.
- V. AEstimatur verò iuramento in litem, nõ quanti res est, sed quanti Dominus ex affectione sua, sua interesse arbitratus sit <sup>k</sup>, adeò vt in infinitum iurare liceat: attamen iudex certam summam præfinire potest, & taxationem facere, vsq; ad quam iuretur <sup>l</sup>.
- VI. De periurio eius qui ex necessitate iuris in litem iurauit quæri non facilè solet <sup>m</sup>: ex magna tamen causa, & postea repertis probationibus, vel prorsus absoluere potest iudex, vel minoris condemnare, quàm iuratum est <sup>n</sup>.

Dispu-

TIT. IIII. DE CONDICT. CAUSA DATA.

Disputat. III. Respond. Arnoldus Longimannus, Mengershusius.

De conditione causa data, causa non secuta. Tit. 4.

1. *Condictio ob causam, sine causa.*  
2.3.4.5. *Condictio ob causam datorum, ut quid fiat.*  
6. *Si ut aliquid non fiat conuentum sit.*  
7.8.9. *Si per eum qui facere debet non fiat, & quomodo pœnitere liceat?*  
10.11.12. *Si aliud quippiam, quàm pecunia, datum sit?*

I. Sunt porrò & alia quædam condictio-  
num genera: ecce enim competit con-  
dictio, ob causam datorum <sup>a</sup>, vel sine causa <sup>b</sup>:  
omne autem quod datur, aut ob rem datur,  
aut ob causam: & ob rem siue causam aut tur-  
pem aut honestam <sup>c</sup>.

II. Ob rem igitur vel causam honestam da-  
tum, ita repeti potest, si res propter quam da-  
tum est, secuta non est: vel si id, propter quod  
datum est, factum non sit <sup>d</sup>: veluti si manumit-  
tendi serui causa datum sit, & is manumissus  
non sit <sup>e</sup>.

III. Item si dotis causa promissum datumq;  
sit, & nuptiæ non sint secutæ <sup>f</sup>: si mortis cau-  
sa quis dederit, cum singulare immineret pe-  
riculum, & superuixit, condictio hæc locum  
habebit <sup>g</sup>.

IIII. Idem est, si filius contulerit fratri, quasi  
agniturus bonorum possessionem, & non agno-  
uit <sup>h</sup>: vel si quis, quasi parere vellet conditio-  
ni institutionis aut legati, dederit, mox autem  
repudiauerit hæreditatem vel legatum <sup>i</sup>: idēq;  
rusus est, in alijs casibus similibus, iudiciū <sup>k</sup>.

C 3

Sed

& l. vlt. C. eo. l. vlt. C. de condict. ex lege.

a. l. 1. & toto tit. de condict.  
causa data. cau. non secut. &  
C. eo. de cond. ob cau. dato.  
b. l. 1. & tot. tit. 7. de cond. si-  
nè caus. l. 2. C. de condict. ex  
lege & sine causa.  
c. l. 1. in prin. 7. de condict.  
ob turpem vel iniust. caus.  
d. d. l. 1. in fine. 7. de cond. ob  
turp. vel iniust. caus. l. 1. &  
passim. h. tit. l. 1. & l. pen. &  
vlt. 7. de condict. sine causa.  
e. l. 3. §. 1. idem erit. cū seqq.  
l. 5. si pecuniam. §. si seruum.  
cum seqq. h. tit. l. 6. cum ancil-  
lam. l. 9. si liber. C. eo.  
f. l. 6. si extraneus. cum 4. ll.  
seqq. h. tit. l. 1. C. eo.  
g. l. 12. cum quis mortis. h. t.  
l. 30. qui mortis causa. et l. 35.  
senatus. §. 1. vers. nec dubita-  
uerunt. l. 39. si is cui mortis.  
7. de mort. cau. donat.  
h. l. 13. si filius. h. tit.  
i. l. 1. in fine. h. tit.  
k. l. 11. si hæres. l. 14. si pro-  
curatori. cum l. pen. & vlt. h.  
tit. l. 2. 3. 4. & 5. l. 8. dictum.

SYNOPSIS THES. AD PAND. LIB. XII.

*l. l. 2. h. tit.*

*m. d. l. 3. in prin. h. tit.*

*n. d. l. 5. si pecuniam. in prin.  
h. tit. l. pen. C. eo.*

*o. d. l. 3. §. 1. idem crit. vers.  
sed si tibi. & vers. seq. & d. l.  
si pecuniam. in prin. & §. 1.*

*p. d. l. si pecuniam. in prin.  
vers. nisi forte. & vers. seq.*

*q. d. l. si pecuniam. in prin.  
vers. sed si minus.*

V. Sed etsi falsum testamentum, sinè sceleris eius, qui dedit, vel inofficiosum pronunciatur, atq; ita pareri conditioni ultimæ voluntatis amplius non possit, eius quod datum est, conditio competet, veluti causa non secuta<sup>l</sup>.

VI. Quinimo et si, vt non fiat, aliquid datum sit, & contrà fiat, quasi causa non secuta conditio locum habebit: & rursus si de non faciendo vt caueatur actum sit, & repromissio non fiat, conditio dabitur, puta si hoc nomine repromitti debeat, ne ad iudicem eatur<sup>m</sup>.

VII. Cùm autem per eum, cui datū est, quòd facere fortè debeat, non stat quo minùs faciat, veluti si valetudo ei, aut alius casus impedimēto sit, conditio quidem ex eo locum non habet<sup>n</sup>: attamen cùm liceat pœnitere, ei qui dedit, ex pœnitentia conditio competet<sup>o</sup>.

VIII. Sed hoc ita verum est, si non interfit tua, non accepisse te ob hanc causam pecuniã, veluti vt Capuam eas: nam si ita se res habeat, vt licet nondum profectus sis, ita tamen rem composueris, vt necessè habeas proficisci, vel sumptus, qui necessarij fuerunt, iam fecisti, vt manifestum sit, te plus, quàm accepisti, erogasse, conditio cessabit<sup>p</sup>.

IX. SI vero minus erogatum sit, conditio quidem locum habebit, ita tamen, vt indemnitas eius, quod expendisti, præstetur tibi, qui vt Capuam ires, paratus fuisti<sup>q</sup>.

X. Neq; verò in eo tantum casu, hæc conditio locum habet, cùm pecunia data est, et causa non secuta, sed etsi quæuis alia res data sit, & causa



TIT. V. DE CONDICT. OB TURPEM CAUS.

causa non secuta, puta si fundus dotis nomine r. d.l.7. qui se debere. §. fin.  
 datus sit, & nuptiæ secutæ non sint r. & sunt exempla similia in l.  
 pen. & vlt. h. tit. l. 2. C. eo.

XI. Imò verò si quis accepto tulerit debi-  
 tori suo, cùm conueniret vt expromissorem  
 daret, nec ille det, responsum est condici pos-  
 se ei, qui accepto sit liberatus f.

XII. Neq; tantùm ipsa res data ita repetitur,  
 sed etiam fructus, & aliud incrementum eius,  
 puta fructus fundi, qui dotis causa datus, vel  
 mortis causa donatus erat, & si quid isti fundo  
 per alluionem fortè accesserit t.

XIII. Eum tamen, qui dedit ea spe, quod se  
 ab eo qui acceperit, remunerari existimaret,  
 vel amiciosem sibi eum esse futurum, opinio-  
 ne falsa deceptum, repetere non posse, respon-  
 sum est: leuitati enim, perfectam donationem  
 reuocare cupientiũ, non expressa conditione,  
 iure occurritur u. Hæc de condictione ex ho-  
 nestâ causa datorum.

De condictione ob turpem vel iniustam causam. Tit. 5.

- 1. 2. Si solius dantis, vel dantis & accipientis turpitudine versetur?
- 3. Si solius accipientis turpitudine versetur?
- 4. 5. Si vt debitum ex bonæ fidei contractu restituatur, datum quid sit?
- 6. Si promissio tantùm turpiter facta sit?
- 7. Indicium quatenus dare liceat?

I. **Q**uod si ob turpem vel iniustam cau-  
 sam datum sit, distinguitur an solius  
 dantis, an verò solius accipientis, & denique  
 an vtriusq; versetur turpitudine a: si solius dan-  
 tis versetur turpitudine, condictio cessat, quia  
 non auditur propriam turpitudinẽ allegans b.  
 Sic quo-

a. l. 1. l. 3. & 4. l. pen. & vlt.  
 h. tit.

b. l. 8. si ob turpem. h. tit. l. 5.  
 mercalem. C. de condict. ob  
 turpem causam.

SYNOPSIS THES. AD PAND. LIB. XII.

- c. l. 2. in fine. l. 3. & l. 4. in prin. et h. l. 5. si à seruo. h. tit. l. 2. C. eo. de condict. ob turpem causam.*  
*d. l. 8. si ob turpem. in fine. h. tit. & d. l. 2. C. eo. l. vlt. i. de condict. sine causa.*
- e. l. 1. in fine. l. 2. & l. 6. perpetuo. h. tit. l. 3. & 4. l. pen. et vlt. C. eo.*
- f. d. l. 2. vers. item si tibi dedero. & l. vlt. h. tit.*
- g. d. l. vlt. in fine. & ibi post gl. notarunt Fulgos. Castr. Alex. Iason & alij.*
- h. l. 7. ex eo. h. tit.*
- i. d. l. 8. si ob turpem. in prin. h. tit. l. 1. & l. 5. mercalem. C. eo.*
- II. Sic quoq; vbi & dantis & accipientis turpitudine versatur non posse repeti dicimus, veluti si pecunia detur vt malè iudicetur: item si ob stuprum datum sit, vel si quis in adulterio deprehensus redemerit se, si fur dederit ne perderetur c: possessor enim in his casibus potior habetur d.
- III. Quod si turpis causa accipientis fuerit, etiam si res secuta sit, vel factum sit, quod promissum erat, condictio competet, vtputa dedi tibi ne furtum facias, ne hominem occidas, vt rem depositam reddas, vt instrumentum reddas e.
- IIII. Idem est, si rem à me tibi commodatam, vel locatam, vel à te mihi venditam, vel eam, quæ, ex mandati mei causa, apud te est, vt redderes pecuniam acceperis: sed his casibus etiam ex commodato, locato, vendito, mandato agi potest f.
- V. Quod si vt id, quod ex testamento vel stipulatu mihi debebas, redderes mihi, pecuniam tibi dederim, condictio duntaxat pecuniæ datæ eo nomine erit, stricti iuris iudicijs ad hanc repetitionem non extensis g.
- VI. Ex ea quoq; stipulatione, quæ per vim extorta est, si exacta sit pecunia repetitionem esse constat h: qui autem ob turpem causam promisit, etiam si solius promittentis, vel vtriusq; & dantis & promittentis turpitudine versetur, quamdiu nondum dedit, doli mali vel in factum exceptione petentem submouere potest i.
- VII. Sed si tibi indicium dederò, vt fugituum

uum meum indices, vel furem rerum mearum, non potest repeti, quod datum est: nec enim turpiter accepisti: quod si à fugituo meo acceperis, ne eum indicares condicere tibi hoc quasi furi possum<sup>k</sup>.

*k. d. l. 4. §. si tibi. & §. fin. h. tit.*

VIII. Quod meretrici datum est, repeti non posse dicitur, noua ratione, non eâ, quòd vtriusq; turpitudò versetur, sed solius dantis: illam enim turpiter facere quòd sit meretrix, non turpiter accipere, cum sit meretrix<sup>l</sup>. Nunc

*l. d. l. 4. §. sed quod meretrici. h. tit. & d. l. meretrix. C. eo.*

de conditione ex erronea indebiti causa videndum.

*Disput. IIII. Respond. Patroclus Blanckenagelius Susatensis.*

De conditione indebiti. Tit. 6.

- 1.2.3.      *Condictio indebiti vbi locum habeat?*
- 4.5.6.7.8.      *Indebitum quomodo accipiamus?*
- 9.10.11.      *Etiam extra pecuniæ & corporum causam, conditio indebiti competit.*
- 12.13.14.15.      *Quid veniat in hanc Conditioem?*
- 16.17.18.19.      *Vbi conditio hæc locum non habeat?*
- 20.21.      *Cui competat, & an generali pacto excludatur?*

I. **S**I quis indebitum ignorans soluerit, per hanc actionem condicere potest: sed si sciens se non debere soluit, cessat repetitio cuius enim per errorem dati, repetitio est, eius consultò dati, donatio esse intelligitur.

*a. l. 1. l. 7. quod indebitum. h. tit. l. 1. §. is quoq; cui. i. de oblig. & act. §. is quoq; qui. l. quibus mo. re contr. oblig. & §. item is cui. cum §. seq. l. de obligat. quæ quasi ex contr. nasc. l. 1. l. 5. si à patre. cum 3. seqq. & l. vlt. C. h. tit.*

II. Debiti autem vel indebiti ratio, in hac Conditione, naturaliter intelligenda est quippe cum ex bono & æquo, hæc conditio

*b. l. 53. cuius per errorem. fit in- §. de reg. iu. l. 9. indebitum. C. h. tit. de cond. indeb. l. 24. si*

**D** is qui perpetua. l. 26. si non sortem §. qui filiosa. l. 28. iudex. l. 50. quod quis sciens. l. 62. fideicommissum. h. tit. c. l. 64. si quod dominus. in fine. h. tit.

d. l. 66. hæc conditio. h. tit. fit introducta, vt quod alterius apud alterum  
 e. l. 54. ex his omnibus. l. 23. finè causa deprehenditur, id reuocare liceat d.  
 eleganter. §. si post rem. h. tit. III. Sed & ex his omnibus causis, quæ iure  
 f. d. l. 24. si is qui perpetua. non valuerunt, vel non habuerunt effectum,  
 d. l. 26. si non sortem. §. inde- secuta per errorem solutione, conditioni lo-  
 bitum. & §. adeo autem. l. cus erit e.  
 40. qui exceptionem. in prin. IIII. Indebitum enim solutum accipimus,  
 h. tit. non solum si omnino non debeatur, sed et si  
 \* l. 19. si pænæ. §. quamuis. & propter aliquam exceptionem perpetuam, pe-  
 l. 65. in summa. §. fin. h. tit. ti non poterat: quare hoc quoq; repeti pote-  
 g. l. 6. si procurator. §. fin. l. rit, nisi sciens se tutum exceptione, soluit f.  
 15. indebiti soluti. §. sed etsi l. V. Et rursus indebitum est, non tantum  
 19. si pænæ causa. §. si falsò. quod omnino non debetur, sed & quod alij  
 l. 21. plane. l. 25. cum duo. l. 26 debetur, si alij soluatur: aut si id, quod alius  
 si non sortem. in prin. & 2. debebat, alius, quasi ipse debeat, soluat \*.  
 §. seqq. l. 34. is cui hereditas. VI. Neq; tantum indebitum solutum intel-  
 l. 36. seruus. cum 2. ll. seqq. l. ligitur, cum pecunia indebitè soluta est g, sed  
 40. qui exceptionem. in prin. et si quæuis alia res, quasi debita, soluta sit, pu-  
 l. 43. si quis iurasset. l. 47. in- ta si fundum, vel vsumfructum fundi tibi de-  
 debitam. cum 2. seqq. l. 55. da- dero, falsò existimans me eum tibi debere h: si  
 mus. cum seq. l. 57. cum in- hominem indebitè soluero i.  
 debitum. §. l. 59. si fideiussor VII. Item indebitum est, si togam aliuduc ve-  
 & l. vlt. §. pen. & vlt. h. tit. stimentum indebitè dederò k, si fundum libe-  
 b. l. 12. si fundi d. l. 15. inde- rum per errorem tradidi, cum excipere debe-  
 biti soluti. §. sed etsi. & §. fin. rem seruitutem l: si ex falsa debiti quantitate  
 d. l. 26. si non sortem. §. adeo. fundus soluatur m, vel ager n, vel oleum o, si  
 & §. libertus. vers. & inter- mentum indebitè solutum sit q.  
 dum. h. tit. non sortem. §. si decem. vers. Et in  
 i. d. l. 19. si pænæ causa. §. si si autem Stichū. & vers. seq.  
 putem. d. l. 21. planè. d. l. 26. si iuncto. §. fin. l. 33. cum is qui.  
 non sortem. §. si decem. vers. in prin. et §. fin. l. 35. in summa. §. pen. h. tit. k. d. l. 21. plane. h. tit. l. l. 22. sed et-  
 si autem Stichū. & vers. seq. si me. §. fin. h. tit. m. d. l. 26. si non sortem. §. si centum. h. tit. n. d. l. si non sortem.  
 iuncto. §. fin. l. 33. cum is qui. §. si centum. h. tit. o. d. l. si non sortem §. 5. idem Marcellus. h. tit. p. d. l. si non  
 in prin. et §. fin. l. 35. in summa. §. pen. h. tit. q. l. 65. in summa. §. ei qui. h. tit.

Et in

k. d. l. 21. plane. h. tit. l. l. 22. sed et-  
 si me. §. fin. h. tit. m. d. l. 26. si non sortem. §. si centum. h. tit. n. d. l. si non sortem.  
 §. si centum. h. tit. o. d. l. si non sortem §. 5. idem Marcellus. h. tit. p. d. l. si non  
 sortem. §. libertus. & d. l. 40. qui exceptionem. §. fin. h. tit. q. l. 65. in summa. §. ei qui. h. tit.

- VIII. Et in specie traditum est, eandem esse causam rerum corporalium, & nummorum indebitè solutorum <sup>r.</sup>: imò verò is etiã, qui plus quàm hæreditaria portio efficit, per errorem creditori cauerit, indebiti promissi habet conditionem <sup>s.</sup>: atq; ita indebitæ quoq; obligationis dicitur esse conditio <sup>t.</sup>.
- IX. E contrà quoq; si quis, cùm à fideicommissario sibi cauere poterat, non cauerit, quasi indebitum, plus debito eum solutum reperere posse, Imperatores Seuerus & Antoninus rescripserūt, vt testis est I. C. Martianus <sup>u.</sup>.
- X. Sed etsi nummi alieni dati sint, conditio competet, vt vel possessio eorum reddatur: quemadmodū si falsò existimans, possessionem me tibi debere alicui<sup>9</sup> rei, tradidissē, condicā <sup>v.</sup>.
- XI. Quod si possessionē tuam fecissem, ita vt tibi per longi temporis præscriptionem auocari non possit, etiam sic rectè per indebiti conditionē agam: Sed etsi vsusfructus in re soluta alienus sit, deducto vsusfructu à te condicam <sup>x.</sup>.
- XII. Quod autem indebitum soluitur, aut ipsū repetitur, aut tantundem <sup>y.</sup>: non etiam vsuræ eius <sup>γ.</sup>: sed fundo quidem, vel alio corpore, quasi maior quantitas fortè pecuniæ deberetur, integrè soluto, totus fundus repetitur, veteri obligatione incorrupta manente <sup>z.</sup>: quòd si quasi tot<sup>9</sup> fundus deberetur, solidū pretium solutū sit, partis indebitę cōditio competet <sup>a.</sup>.
- XIII. Quoniam verò naturalis est indebiti soluti conditio, ideo etiam quod solutæ rei accessit, deductis tamen impensis, veniet in conditio-

r. l. 46. qui hæredis. b. tit.

s. l. 31. is qui plus. h. tit. l. 2.  
3. & 4. C. h. tit.

t. d. l. is qui plus. d. l. 2. 3. et 4.  
& l. 1. j. tit. prox:

\*. l. 39. si quis cum. b. tit.

u. d. l. 15. indebiti soluti. §.  
sed etsi nummi. b. tit.

x. d. l. indebiti soluti. §. pen.  
& vlt.

y. d. l. 7. quod indebitum. et  
d. l. 65. in summa. §. ei qui indebitum. b. tit.  
γ. l. 1. C. h. tit.

z. d. l. 26. si non sortem. §.  
si centum. b. tit.

a. d. l. si non sortem. §. idem  
Marcellus. adijcit.

b. l. 15. indebiti soluti in pr.  
 & d. l. 65. in summa. §. ei qui  
 indebitum. h. tit.  
 c. l. 3. in fine. h. tit.

dictionem, puta partus, qui ex ancilla natus fit, vel quod alluione accessit, & fructus, quos is, cui solutum est, bona fide percepit b: si consumpta res sit, quæ indebitè soluta erat, tenetur bonæ fidei possessor, in quantum locupletior factus est c.

d. d. l. 26. si non sortem. in  
 prin. h. tit.

XIII. Si non sortem quis, sed vsuras indebitas soluit, repetere non poterit, si fortis debita soluit: quod tamen supra legitimum modum soluit, repeti quidem non potest, sed sorti imputandum erit: si postea vel antè, vel simul, sortem soluit, quasi fors indebita repeti potest d:

e. d. l. si non sortem. §. supra.  
 f. d. l. si non sortem. §. si quis falsò.

XV. Supra duplum autem vsuræ, & vsurarum vsuræ, nec in stipulatum deduci, nec exigi possunt, & solutæ repetuntur, quemadmodum futurarum vsurarum vsuræ e: Sed & si quis falsò se sortem debere credens, vsuras soluerit, potest condicere f.

g. l. 16. sub conditione. et l. 18. quod si ea. h. tit.

XVI. Quod sub ea conditione debetur, quæ omnimodo extitura est, solutum repeti non potest. licèt sub alia conditione, quæ an impletur incertum est, si antè solvatur, repeti possit: & hinc quoq; existente conditione, repeti non possit g.

h. d. l. sub conditione. cum l. seq. & l. 10. in diem. h. tit.

XVII. Item quod sub incerto die debetur, die existente repeti non potest: sed etsi omnimodo dies extiturus sit, & antequam extet, solvatur, veluti, si cum moriar dare promiserò, & antè solvero, repetitio non dabitur h.

i. l. 42. pœnæ. h. tit.

XVIII. Pœnæ, quæ debebantur, repeti non possunt, cum depensæ sunt i: quæ non debebantur

bantur, repeti possunt<sup>k</sup>, nisi ex illis causis solutæ sint, ubi inficiando lis crescit<sup>l</sup>.

XIX. Sed & qui exceptionem perpetuam habebat, si ea in odium creditoris introducta sit, ut in Senatusconsulto Macedoniano, si soluit, repetere non potest<sup>m</sup>: quanquam si debitoris causa detur, ut in Senatusconsulto Velleiano, solutum repeti potest<sup>n</sup>.

XX. Ei autem competit Condictio hæc indebiti, ad quem ea res pertinet<sup>o</sup>: & ideo quoque, cum pupilli aut impuberis persona condictioni locum facit, pupillo vel impuberi Condictio competet<sup>p</sup>: imò ad hæredem quoque hæc Condictio transit<sup>q</sup>: & qui loco certo se debere existimans, indebitum soluit, quolibet loco repetet<sup>r</sup>.

XXI. Pactum quoque, quod in parationibus ascribi solet in hunc modum, ex hoc contractu nullam inter nos controuersiam amplius esse, conductionem indebiti non impedire, responsum est<sup>s</sup>.

k. d. l. 23. eleganter. §. fin. h. tit.

l. §. fin. l. de oblig. quæ quasi ex contr. nasc. l. 4. ea quæ. C. h. tit.

m. d. l. 26. si non sortem. §. filiusfamilias. & d. l. 40. qui exceptionem. in prin.

n. d. l. qui exceptionem. in pr.

o. l. 2. cum 4. seqq. d. l. 19. si pænæ. §. si falso. & §. fin. cū

3. ll. seqq. l. 25. cū duo. d. l. 26. si non sortem. §. adeo. &

§. hæreditatis. l. 33. cū is. §. 1. l. 46. qui hæredis. l. 47. in-

debitam. l. 53. dominus. l. 55. si urbana. l. 7. cū indebitum.

in prin. & §. 1. l. 61. tutores. l. fin. §. tutor. & §. seq. h. tit.

p. l. 6. procurator. §. fin. l. 29. interdum. l. 41. quod pupillus.

d. l. 57. cū indebitum. in pr. h. tit.

q. d. l. 12. si fundi. h. tit.

r. l. 27. qui loco. h. tit.

s. l. vlt. §. idem quæsiit. h. tit.

De conductione sine causa. Tit. 7.

1. 2. 3. Condictio sine causa ubi competat? eiusque exempla.

4. 5. Si sine causa quis obligatus: si ob falsam causam datum.

I. Sine causa igitur generaliter datum factum accipimus, siue ob rem, quæ secuta non est, siue ex causa indebita: sed sicut specialiter accipi indebiti conductionem ex præcedē-

a. l. 52. damus. l. 65. in summa. in prin. & 2. §. seqq. l. 66.

hæc condictio. §. tit. prox. l. 1. & l. pen. h. tit.

D 3 tibus

b. l. 3. b. tit. l. 2. 3. & 4. C. de  
condict. ex lege, & sine cau-  
sa, vel iniusta causa.

c. l. 2. b. tit.

d. d. l. 2. & l. vlt. §. de cond.  
ob turp. causam.

e. l. 2. C. de condict. ex le-  
ge & sine causa.

f. l. vlt. C. de condict. ex le-  
ge & sine causa.

g. l. 3. C. d. tit.

b. l. 3. b. tit.

i. d. l. 65. in summa. §. id quo-  
q. §. tit. prox.

tibus patet, ita specialiter condictioem sine  
causa dicimus, cum nec condictio causa data,  
nec indebiti, nec quæ alia datur, & ex eo solo  
condictio datur, quòd sine causa aliquid apud  
alium inueniatur, ex patrimonio nostro <sup>b</sup>.

II. Ità enim si fullo qui vestimenta lauanda  
conduxerat, eaq; amiserat, precium eorum do-  
mino præstiterit, inuentis vestimentis precium  
hac condictioe repetit <sup>c</sup>: quamuis etiam ex  
locato agere possit <sup>d</sup>.

III. Sic quoq; dissoluto debito, instrumentũ  
per condictioem hanc repeti potest <sup>e</sup>: & spe  
numerandæ pecuniæ cautio data, condici po-  
test <sup>f</sup>: malæ fidei possessori, consumpti fructus  
condici possunt <sup>g</sup>.

III. Qui sine causa obligatur, incerti condi-  
ctioe consequi potest, vt liberetur, & siqui-  
dem nullam causam promittendi habuit, in-  
certi condictioe consequetur, vt tota obliga-  
tio acceptò fiat: at si cum quinq; deberet, de-  
cem promisit, incerti condictioe conseque-  
tur, vt in quinq; liberetur <sup>h</sup>.

V. Quod autem ob causam datur, puta  
quòd negocia mea ab eo adiuta putavi, licet  
non sit factum, quia donare volui, quam-  
uis causam falsò mihi persuaserim,  
repeti non potest <sup>i</sup>.

LIBER



TIT. I. DE CONDICTIONE FURTIVA.  
LIBER DECIMVS TERTIVS.

Disputat. I. Respond. Hieronymus Clofius, Saltzensis.

De condictione furtiva. Tit. I.

1. 2. Conditio furtiva quando locum habeat?  
3. 4. Cui competat?  
5. 6. 7. Aduersus quem competat?  
8. 9. Ad quid competat.  
10. Aduersus quem non competat, & an hodie locum habeat?

I. **I**S cui furtum factum est, habet & Rei vindicationem, & Actionem ad exhibendum, & Actionem furti, & Conditionem furtivam<sup>a</sup>, quæ vt testatur Iustinianus Imp. odio furum singulariter introducta est, quò magis pluribus Actionibus teneantur<sup>b</sup>.

II. Sed furti quidem actio pœnam petit legitimam, cæteræ actiones rem persequuntur: ea res facit, vt neq; furti actio, per hæc actiones, neq; hæ actiones per furti actionem tollantur<sup>c</sup>: attamen si rem aut æstimationem eius, femel quis, aliqua harum Rei persecutoriarum actione, consecutus sit, amplius agi nõ potest<sup>d</sup>.

III. In furtiva autem re, condictio soli domino competit<sup>e</sup>, cui res subrepta est, vel hæredi eius<sup>f</sup>: & tamdiu conditioni locus erit, donec domini factò, dominium eius rei, ab eo recedat: sed si rē alienauerit, puta legauerit alicui, hæres quoq; condicere non poterit, nec legatarius, sed legatarius vindicare rem potest<sup>g</sup>.

Si res

a. §. fin. I. de oblig. quæ ex delict. nasc. §. sic itaq. vers. planè. I. de act. l. 7. si pro fure. §. i. h. tit.

b. d. §. sic itaq. vers. planè. I. de act. & fa. tex. eleg. in l. 1. §. fin. j. de tritica. act.

c. d. §. fin. I. de oblig. quæ ex delict. nasc. & d. l. si pro fure. §. i.

d. d. §. fin. ibi, aut vindicando, aut condicendo. I. de oblig. quæ ex delict. nasc. et fa. tex. in l. 4. apud Celsum. §. La-beo ait. j. de doli ma. & met.

e. except. & in l. 14. si seruus furtiuus. §. fin. & l. 18. quoniam. h. tit. l. r. C. eo.

f. l. i. h. tit.

g. l. ii. sed nec legatarius. h. tit.

g. l. 10. siue manifestus. §. tam diu. cum §. seq. & d. l. sed nec legatarius. h. tit.

- b. l. 12. & ideò. in prin. h. tit. III. Si res mihi subrepta, tua remaneat, con-  
dices; sed etsi dominium non tuo facto amise-  
ris, condices<sup>b</sup>: si res furtiua tibi cum alio com-  
muniserat, & prouocasti communi diuidun-  
do iudicio, amittis conditionem: si prouo-  
catus es, retines<sup>i</sup>: Is cui pignori res data est,  
incerti conditione aget, si res ei surrepta est<sup>k</sup>.
- i. d.l. & ideò. vers. in com-  
muni. V. Condictio porrò rei furtiuae, quia rei  
persecutionem continet, hæredem quoq; fu-  
ris obligat, & cæteros successores puta bono-  
rum possessores<sup>l</sup>: adeo ut furiosi quoq; & in-  
fantes ex hac causa obligentur, cum hæredes  
necessarij extiterunt, quamuis cum eis agi non  
possit<sup>m</sup>.
- k. d.l. & ideò. vers. vlt. VI. Et quidem in conditione ex causa fur-  
tiua tenetur hæres, non pro parte quæ perue-  
nit, sed in solidum, si solus hæres sit, vel pro  
parte, pro qua hæres est<sup>n</sup>: locumq; hæc ha-  
bent, siue nec manifestum sit furtum, siue ma-  
nifestum, puta si fur deprehensus, occiderit  
rem, vel fregerit, vel effuderit: quanquam si  
dominus possessionem apprehenderit, cessat  
condictio<sup>o</sup>.
- l. l. 5. ex furtiua. d.l. 6. si pro  
fure. §. fin. l. 14. si seruus. in  
prin. h. tit. VII. Potest etiam filiofa. ex furtiua causa  
condici<sup>p</sup>: Patri vel domino condicetur id, qd  
ad eum peruenit: & in residuum noxæ seruum  
dominus dedere potest<sup>q</sup>: & rursus ex persona  
filia, quæ res marito amouit, in patrem pecu-  
liotenus condictio datur<sup>r</sup>: ipse quoq; seruus  
liber factus, de furto alij facto, furti actione te-  
netur: conditione non tenetur, nisi liber con-  
tractauit<sup>s</sup>.
- m. l. 2. h. tit. Compe-
- n. l. 9. in conditione. h. tit.
- o. d.l. 10. siue manifestus. in  
prin.
- p. l. 5. ex furtiua. h. tit.
- q. l. 4. si seruus. h. tit.
- r. l. 19. Iulianus. h. tit.
- s. l. 15. quod ab alio. h. tit. l.  
67. inficiando. in prin. j. de  
furt. l. 4. licet. C. an seruus  
pro suo facto post manumiss.  
em.

Compe-

VIII. Competit vero in re furtiua, Condictio ipforum corporum, etsi defierint esse in rebus humanis: si tamen obtulit, vel in aliam obligationem transtulit, cessat condictio: quam si fur paratus fuerit, excipere condictio- nem, & per me steterit dum in rebus huma- nis res fuerat, condicere eam, postea autem perempta est, nihilominus durat Condictio

*t. l. 3. & d. l. 7. si pro fure. § fin. & d. l. 8. in re furtiua. in prin. d. l. 14. si seruus fur- tiuus. § fin. h. tit. l. vlt. C. eo. u. d. l. in re furtiua. in prin. & l. 17. parui refert. h. tit. & d. l. vlt. C. eo. x. l. vlt. h. tit.*

IX. Cùm autem res furtiua interijt, id tem- pus in æstimatione spectatur, quo res vnquam plurimi fuit y, & sicut deteriorationis z acce- dentisq; damni a habebitur ratio, ita quoque fructuum b: & quamuis res cura & sumptibus furis melior facta sit, etiam huius æstimatio fiet c: ac boue surrepto & occiso, partium om- nium condictio datur d.

*y. d. l. in re furtiua. § si ex causa. z. d. l. in re furtiua. § si ex causa. a. d. l. 3. h. tit. b. d. l. in re furtiua. § fin. c. l. 13. ex argento. h. tit. l. 52. si quis vxori. § si quis mas- sam. & d. l. 67. inficiando. § infans. j. de furt. l. 12. de eo. § si quis. s. ad exhib. d. d. l. 13. si seruus furtiuus. § fin. h. tit. e. d. l. 5. ex furtiua h. tit. f. l. 6. proinde. h. tit. § in- terdum quoq. I. de oblig. quæ ex delicto nasc. l. 33. is qui o- pem. l. 50. in furti. §. 1. & l. 54. si pignore. §. pen. i. de furt.*

X. Nunquam tamen hac condictioe alius, quàm qui furtum fecit, tenetur c: proinde etsi ope consilio alicuius furtum factum sit, condictioe non tenetur, etsi furti teneatur f: quamuis alioqui furtiuarum rerum etiamnum hodie persecutio detur g: & cùm ab ipso fure eiusue hærede, pro re, æstimatio quanti inter- est refunditur b, cautio pro euictione pe- ti non potest i.

*g. vide in der peinlichen Halsgerichts ordnung. Ca- roli Quinti. art. 157. von al- lerschlechtesten heimlichen diebstal. & art. 207. von ge- stolner oder geraubter hab /*

✱

E De con- lersschlechtesten heimlichen diebstal. & art. 207. von ge- stolner oder geraubter hab /

so in die gericht kompt. cum seqq. vsq; ad art. 116. Item im Reichs abscheide zu Augspurg Anno 1.5. § 9. auffgericht / §. vnd nach dem an ehtlichen. mibi. In den Reichs abschei- den. parte 2. fol. 200. b. d. l. 3. & d. l. 8. in re furtiua. in prin. & § fin. h. tit. i. d. l. 14. si seruus furtiuus. in fine.

## De condictione ex Lege: Tit. 2.

I. Quando hæc conditio locum habeat?

a. l. vn. h. tit. l. i. C. eo.

I. SI obligatio lege noua introducta fit, nec cautum eadem lege, quo genere actionis experiamur, ex lege agendum est <sup>a</sup>.

## De condictione Triticaria: Tit 3.

1. 2. Condiçione Triticaria quis utatur?

3. 4. Condiçionis ex capite si certum petetur, & Condiçionis Triticariae proprietates.

a. *tex. in l. i. h. tit. et dictum est s. ad tit. de reb. cred. si cert. pet. nu. 20. & seqq.*

I. Illud iam antè traditum est, Certi condictionem ex illo capite edicti, si certum petatur, pro numerata pecunia competere: pro alijs autem rebus debitis persequendis, dari condictionem Triticariam <sup>a</sup>.

b. l. 2. hoc tit.

c. *d. l. i. §. fin. & d. l. 2. hoc tit. fa. tex. in §. sic itaq; vers. plane. l. de act.*

II. Atque hoc adeò verum est, vt dominus etiam de fundo suo vi deiectus, hac condictione vti possit: si dominus non sit, possessionem condicere possit <sup>b</sup>: quamuis enim rem suam per actionem personalem nemo condicat, ex causa tamen furtiua vel vi bonorum raptorum vel inuasionis, Condiçtio concessa est <sup>c</sup>.

III. Sed huius Triticariae condictionis, alibi, quàm hoc loco, mentio non fit, neq; videtur aliam ob causam Triticaria hæc, ab illa Certi condictione, ex capite si certum petatur, distincta, quàm vt in hac Triticaria ostèdatur, quòd à tempore dicti diei & commissæ post diem mortæ, vel à tempore litis contestatæ, vsq; ad tempus

pus condénationis, vel rei interemptæ, quanti d. *l. pen. et vlt. h. tit. l. 22. vi-*  
 res medio tempore pluris fuerit, *et plátes æsti-* numis. *de reb. cred. si cert. pet.*  
 matio fieri debeat d. *e. tex. hic in l. vlt. et l. 22.*

III. In Condiçãoe autem illa, ex capite si *vinum. s. de reb. cred. si cert.*  
 certum petetur, si bonæ fidei sit iudicium sim- *pet. l. 12. magnam. C. de contr.*  
 pliciter à tempore moræ vsuras præstari oportet: si stricti iuris sit iudicium, putá mutuatae *et committ. stipulat.*  
 pecuniæ, ex die solutioni dicta e, vel ex tem- *f. l. 34. vsuræ. cum l. seq. j.*  
 pore litis contestatae, pro interesse vsuræ præ- *de vsur. et fructi. gl. in c. con-*  
 stantur f: sicut & fructuum habetur ratio & *questus. in verb. de feudo. et*  
 accessionum, damniq; emergentis vel lucri ces- *ibi Can. x. de vsur. Can. in.*  
 santis g: Loci autem eius in æstimatione habe- *c. 1. x. de iureiu. Panorm. in*  
 tur ratio, de quo conuenit, vt ibi soluere- *c. vlt. nu. 14. x. de vsur. Inno.*  
 tur, vel vbi petitur h. *in c. 1. nu. 2. eo. tit. Bald. in l. 2.*  
*nu. 1. et seqq. C. de vsur. Iason*  
*in l. 3. nummis. nu. 5. s. de in*  
*lit. iur. Socin. in 3. reg. fallent.*

31. et 33. *And. Geyl lib. 2. pract. obseruat. obs. 5 nu. 15.* g. *l. 31. cum fundus. s. de reb. cred.*  
*si cert. pet. l. 38. videamus. §. si actionem. j. de vsur. l. 21. si sterilis. §. cum per venditorem. j.*  
*de act. empti. vide And. Geyl lib. 2. obs. pract. obs. 6.* h. *l. vlt. h. tit. et d. l. 22. vinum. s. de*  
*reb. cred. si cert. pet. et vide quæ dicta sunt. s. ad tit. de reb. cred. si cert. pet. nu. 20. et seqq.*

De eo quod certo loco dari oportet: Tit 4.

- 1. Quæ fuerit occasio huius Actionis?
- 2. 3. Actio hæc et Actoris et Rei continet vtilitatem: secus si loco conuento petatur.
- 4. 5. 6. Quomodo extra locum conuentum vtilitatem iudex æstimet, vel non?
- 7. 8. 9. In quibus casibus hæc arbitraria Actio competat?

I. Alio loco, quàm in quæ sibi dari quif-  
 q; stipulatus esset, non videbatur a-  
 gendi facultas competere: sed quia iniquum e-  
 rat, si promissor ad eum locum, in quem da-  
 turum se promisisset, nunquam accederet, q  
 vel data opera faceret, vel quia alijs locis ne-  
 cessariò distringeretur, non posse stipulatorem a *l. 1. h. tit.*  
 ad suum peruenire, ideò visum est, vtilem acti-  
 onem in eam rem comparare a.

E 2 est

- II. Est autē actio hæc arbitraria <sup>b</sup>, ita vt vtri-  
usq; vtilitatem contineat, tam Actoris quàm  
Rei: quòd si Rei interest, minoris fit pecuniæ  
& quàm ab ipso Reo promissum: quod si A-  
ctoris interest, ad petitionem Actoris maioris  
fit pecuniæ condemnatio, quam á Reo promif-  
sum sit <sup>c</sup>.
- III. In loco igitur conuento, puta si Ephesi  
promissum sit, ipsa sola summa petetur, quæ  
promissa est, nec amplius quid nisi quid esset  
stipulatus, vel si temporis vtilitas interuenit <sup>d</sup>.
- III. Ideo verò, si alio loco petatur, in arbi-  
trium iudicis refertur hæc actio, quia scimus,  
quàm varia sint precia rerum per singulas ciui-  
tates, regionesq; maximè vini, olei, frumen-  
ti: pecuniarum quoq; licèt videatur vna ea-  
demq; potestas vbiq; esse, tamen alijs locis fa-  
ciliùs & leuibus vsuris inueniuntur, alijs diffi-  
cilius & grauibus vsuris <sup>e</sup>.
- V. Debet igitur iudex, qui huic actioni ad-  
dictus est, æquitatem ante oculos habere <sup>f</sup>, vt  
illud æstimet, quod vel Rei ve! Actoris inter-  
fuit, etiam supra legitimum modum vsurarũ,  
neq; solùm damni emergentis, sed etiam lucri  
cessantis habebit rationem <sup>g</sup>.
- VI. Interdum etiam iudex, qui ex hac actio-  
ne cognoscit, cùm sit arbitraria, absoluere Re-  
um debet, cautione ab eo exacta, de pecunia  
ibi soluenda, vbi promissa est, puta si ibi obla-  
ta creditori, vel deposita sit, vel ex facili ibi sol-  
ui possit <sup>h</sup>: nam & inuito creditore, alio loco  
soluere non potest <sup>i</sup>. Neq;
- b. l. 2. in prin. h. tit. & §. præterea quasdam. I. de act.*
- c. d. l. 2. in prin.*
- d. l. 4. quòd si Ephesi. in prin. h. tit.*
- e. l. 3. ideò. h. tit. §. plus au- tem. vers. loco. I. de act.*
- f. d. l. quod si Ephesi. §. fin. & d. §. plus autem. vers. lo- co. I. de act.*
- g. d. l. 2. §. fin. h. tit. vide And. Geyl. lib. 2. obseruat. pract. obs. 6.*
- h. d. l. quod si Ephesi. §. fin. & d. §. plus autem. vers. loco.*
- i. l. 9. is qui certo. h. tit. et d. §. plus autem. vers. loco.*

VII. Neq; solùm ex stipulatione hæc Actio competit <sup>k</sup>, sed etsi fortè hæres iussus sit certo loco dare, aut mutua pecunia data sit, vt certo loco reddatur, arbitraria hæc actio dabitur: quanquam in bonæ fidei contractibus, etiamsi vt certo loco detur, conuentum sit, hæc actio non dabitur, nisi stipulatio accesserit <sup>l.</sup> <sup>l. 2. §. 1. b. tit.</sup> <sup>l. 5. si hæres. cum 2. seqq. b. tit.</sup>

VIII. Quod si Ephesi aut Capuæ decem, vel Ephesi decem aut Capuæ hominem dare promiseris, respondit Vlpianus sententiam suam ex Scæuola corrigens, peti altero loco posse & finè alterius loci adiectione, & mixtam rerum alternationem locorum alternationi, ex necessitate facere electionem petitoris, & in rem, propter locum <sup>m.</sup> <sup>m. l. 2. §. 1. & seq. aliàs. l. 3. non vtq. in prin. b. tit.</sup>

IX. Volenti tamen mihi alio loco solui potest, sed adiecto non potest, puta si Ephesi mihi aut Titio dari stipulatus sim: & principalis debitoris mora fideiussoris obligationem non augebit, quamuis post commissam moram fideiussor acceptus sit <sup>n.</sup> <sup>n. l. 8. centum Capuæ. et l. vlt. b. tit.</sup>

*Disputat. II. Respond. Fridericus Dasypodius, Menertshagensis.*

De constituta pecunia. Tit. 5.

- 1. 2. Actio de constituta pecunia quid, & quare introducta?
- 3. 4. 5. Constitutio pecuniæ quomodo stat?
- 6. Qui possint ex constitutione obligari?
- 7. 8. 9. Vetus debitum in constitutione requiritur.
- 10. 11. 12. 13. Quomodo obligari possit constituens, & de quibus debitis.

I. **A**ctioni autem isti arbitrariæ de eo quod certo loco, finitima est quodammodo

E 3 modo

- a. l. 16. si duo §. 1. sed et certo. & l. 20. nec enim. h. tit.
- b. §. de constituta. I. de act. l. 1. in prin. & §. debitum. l. 11. haclenus. in prin. l. 13. sed si quis, & l. 14. qui autem. l. 18. item illa. §. 1. & 2. seqq. l. 25. illud aut illud. in prin. l. 26. quidam. cum 2. ll. seqq. h. tit.
- c. d. l. 1. in prin. h. tit.
- d. d. l. 25. illud aut illud. in prin. h. tit.
- e. d. l. 1. in prin.
- f. d. l. 14. qui autem. §. fin. h. tit.
- g. l. 5. eum qui Ephesi. §. quod exigimus. vers. Iulianus. et l. 23. Titius. cum d. l. 26. quidam. & l. ult. h. tit.
- h. d. l. illud aut illud. §. si iuriurando.
- i. d. §. de constituta. I. de act.
- k. d. l. 18. item illa. §. fin. & l. 28. vbi quis. h. tit.
- l. d. §. de constituta I. de act.
- m. §. praeterea nouatione. I. Quibus mod. toll. oblig. l. 1. §. de nouat. et l. ult. C. de nouat.
- modò, Actio Constitutoria <sup>a</sup>, seu constitutæ pecuniæ, qua debitum constitutione pecuniæ denuo promissum, seu iterata promissione cõstitutum, persequimur <sup>b</sup>.
- II. Prætor enim naturali fauens æquitati, si quis id, quod prius debebatur, soluturum se denuo promississet, constituta ex consensu facta custodiri præcepit <sup>c</sup>, & noluit audiendū esse eum, qui velit postea fidem constitutæ rei frangere <sup>d</sup>: quippe cū fidem iteratò ita datam fallere, graue sit <sup>e</sup>.
- III. Constituere autem & præsentis & absentes possumus, sicut pacisci, & per nuncium, & per nosmet ipsos, & quibuscunq; verbis <sup>f</sup>, vel per literas <sup>g</sup>: imò verò etsi ex delatione vel relatione aduersarij, de eo, quod prius debebatur, iuratum sit, de constituto agi potest <sup>h</sup>.
- IIII. Sed & sinè stipulatione, solo pacto, Constitutio pecuniæ perficitur <sup>i</sup>: vnde & illud est, quod constitutione pecuniæ vetus obligatio non tollatur, neq; Reus hac actione conuentus per litis contestationē à veteri obligatione tollatur, sed ad vtramq; demum obligationem tollendam solutio proficit <sup>k</sup>.
- V. Si verò, quod prius debebatur, stipulatione rursus sit promissum, iure ciuili promissor tenetur <sup>l</sup>, tolliturq; prior obligatio per nouationem, si modò in posteriori stipulatione quid noui sit, & animum nouandi contra-hentes habuerint <sup>m</sup>.

Obli-



VI. Obligari autem ex constituto etiam *n.* *d.l.1. §.1. b. tit.*  
 mulieres possunt <sup>n.</sup>, & pupillus, si tutoris ac-  
 cesserit authoritas <sup>o.</sup>, & filiusfa. itemq; pater & *d.l.1. §.1. vers. de pupillo.*  
 dominus suo nomine, vsq; ad eam quantita-  
 tem, quæ tempore constitutionis fuit in pecu- *p.* *d.l.1. §.1. vers. sed si fili-*  
 lio *p.*: quanquam si fortè pater filij nomine se *usfa. & §. fin.*  
 solidum soluturum constituerit, in solidum *q.* *l.2. b. tit.*  
 tenebitur *q.*

VII. Haftenus autem Constitutum valebit, *r.* *l.11. haftenus. in prin.*  
 si quod constituitur, debitum sit <sup>r.</sup>: ex quacun- *b. tit.*  
 que etiam causa debeatur, etiamsi vel natura  
 tantum, vel honorario iure debeatur <sup>f.</sup>: attamen *f.* *d.l.1. §. debitum autem.*  
 quod iure Ciuili tantum debetur, in con- *cum §. seq.*  
 stitutum deduci non potest <sup>r.</sup>. *t.* *l.3. §. si quis autem. b. tit.*

VIII. Et quidem quòd exigitur, vt sit debi-  
 tum, in rem exactum est, non vtiq; vt is, cui cõ-  
 stituitur, Creditor sit: nam & quod ego de- *u.* *l.5. eum qui Ephesi. §.*  
 beo, tu constituendo teneberis, & quod tibi *quod exigimus. b. tit.*  
 debetur, si mihi constituatur, debetur <sup>u.</sup>

IX. Sed etsi tunc debitum fuerit, cum con-  
 stitueretur, nunc non sit, nihilominus tenebit  
 constitutum, quia retrorsum sese actio refert:  
 proinde si temporali actione obligatus, se post  
 tempus obligationis soluturum constituerit, *x.* *d.l.18. item illa. §. quod*  
 licet p̄finito die prior actio exierit, actione de *adiicitur b. tit.*  
 constituto tenebitur <sup>x.</sup>

X. Is quoq; de constituto tenebitur, qui  
 constituit se pignus daturum: sed etsi certam  
 personam fideiussuram pro se constituerit, te-  
 nebitur, si ea persona fideiubere nolit: & si  
 mora interueniente decesserit, tenebitur, qui  
 consti-

- y. l. 14. qui autem. §. 1. & seq. h. tit. constituit, vel in id quod interest, vel vt aliam personam non minus idoneam fideiubentem præstet y.
- z. l. 2. §. fin. & l. 11. hæc enim. §. fin. cum l. seq. h. tit. XI. Plus autem quàm debeat constitui non potest z: sed minus constitui potest a, & quod in diem b vel sub conditione debetur c, & rursus vt certo loco & tempore soluatur, constituere quis potest: nec solum eo loci petere potest, vbi constitutum est, sed exemplo arbitrariæ actionis, vbiq; potest d.
- a. l. 13. sed si quis. h. tit.
- b. l. 3. §. fin. cum l. seq. h. tit.
- c. l. 19. id quod sub conditione. in prin. h. tit.
- d. d. l. 16. si duo. §. 1. h. tit.
- e. d. l. 14. qui autem. in prin. h. tit.
- f. d. l. 18. item illa. §. è re autem. h. tit. XII. Et tenetur, qui constituit se soluturum, siue adiecit certam quantitatem, siue non c: rei enim, seu veteris debiti, persecutoria est hæc actio f: & ex Iustiniani Imp. constitutione, non tantum pecuniæ numeratæ vel aliarum rerum fungibilium, quæ pondere, numero, mensuraue constant, sed etiam quarumcunq; aliarum rerum debita, in constitutum deduci possunt g.
- g. §. in personam. & d. §. de constituta. I. de act. l. pen. C. de const. pecun.
- h. d. l. 16. si duo. §. ait Prætor. & §. fin. cum 2. ll. seqq. l. 21. promissor Stich. l. 23. promissor hominis. h. tit. XIII. Sed ita demum Prætor, Actionem de constituta pecunia, se daturum pollicetur, si appareat eum, qui constituit, neque soluisse, neq; fecisse, neq; per Actorem stetisse, quominus fieret, quod constitutum erat h: quamuis alioqui & procuratori nostro, & tutori vel curatori, alijsq; similibus constitui possit i.
- i. l. 5. cum qui Ephesi. §. Julianus. cum aloquot responsis seqq. l. 15. & libera. l. 27. vtrum præsentem. cum l. seq. h. tit.

Commo-

## Commodati vel contra: Tit. 6.

1.2.3.4.5.6. *Commodati Actio quid, & quomodo commodatum contrahatur?*

7.8.9.10.11.12. *Directa Commodati actio quomodo competat?*

13.14. *Contraria Commodati actio quomodo competat?*

I. **P**ost superiora illa Conditionum siue *a. §. appellamus. I. de act.*  
 Actionum personalium genera<sup>a</sup>, quo-  
 rum tractatio utpote latius sese diffundens me- *b. §. his igitur. I. de iust. &*  
 ritò præmissa est *b*, subijcitur nunc Actio Com- *iur. l. 2. §. de stat. hom. l. 18.*  
 modati, qua debitum, commodatione contra- *cum de lanionis. §. asinam.*  
 ctum, persequimur *c.* *vers. vrcei quoq. j. de fundo*  
*instr. vel instrm. lega. & fa.*

II. Inter commodatum & utendum datum, *tex. eleg. in l. i. j. de albo scri-*  
 quamvis ita distinctum sit, ut commodari di- *bis.*  
 cantur res mobiles, non etiam soli, tamen co- *c. §. item is cui. I. Quib. mo-*  
 modata res dici consuevit, & quæ soli est, at- *re contrah. oblig. l. i. §. is quo-*  
 que ita etiam habitatio commodari posse dici- *que cui. j. de oblig. & act.*  
 tur *d.* *d. l. i. in prin. & l. 5. si vt*  
*certo. §. II. si de me. h. tit.*

III. Sicut enim ab initio voluntatis & offi-  
 cij magis, quam necessitatis est, commodare,  
 ita modum commodati finemq; præscribere, e-  
 ius est, qui beneficium tribuit: attamen post-  
 quàm commodavit, tunc finem præscribere  
 & retrò agere, aut intempestivè usum commo-  
 datae rei auferre, non licebit, quippe cum ad- *e. l. 17. in commodato. §. si-*  
 iuvare nos beneficio, non decipi oporteat *cut autem. h. tit.*

IV. Etiam ut pignori detur, res commoda- *f. d. l. 5. si vt certo. §. 7.*  
 ri potest *f*, & commodare quoq; possumus a- *nunc videndum in quibus. h.*  
 lienam rem, quam possidemus, tametsi scien- *tit.*

tes alienam possidemus, ita ut & si fur vel  
 prædo commodaverit, habeat Commodati a- *g. l. 15. commodare. cum l.*  
 ctionem *g.* *seq. b. tit.*

F Domi-

b. l. 8. rei commodatæ. cum  
l. seq. b. tit.

V. Dominus autem, si rem suam alteri commodauerit, retinet eius & possessionem & proprietatem: nemo enim commodando rem facit eius, cui commodat<sup>h</sup>.

i. l. 3. §. fin. cum l. seq. b. tit.

VI. Non potest autem commodari id, quod usu consumitur, nisi fortè ad pompam vel ostentationem quis accipiat, sicut sæpè etiam ad hoc commodantur pecuniæ, ut dicis gratia numerationis loco intercedant<sup>i</sup>.

k. d. §. item is cui. I. Quib.  
mo. re. contrab. oblig. l. 1. §. is  
quoq. cui. I. de oblig. & act.

VII. Datur itaq; Commodati directa actio ad rem commodatam repetendam Commodanti aduersus Commodatarium<sup>k</sup>: nec videbitur reddita, si deterior reddita sit<sup>l</sup>: & si ut certo loco vel tempore reddatur commodatū, conuenit, officio iudicis etiam hoc inest, ut rationem loci vel temporis habeat<sup>m</sup>.

l. d. l. 3. §. 1.

m. d. l. §. si ut certo. in prin.  
b. tit.

VIII. Cùm autem in contractibus aut dolus solummodò præstetur & lata culpa, si solius creditoris versetur utilitas, aut dolus lataq; & leuis culpa, si par vtriusq; versetur utilitas, aut dolus lataq; & leuis & leuissima culpa, si solius debitoris versetur utilitas: & commodatum plerumq; solam contineat utilitatem Commodatarij, tenebitur Commodatarius & culpam præstare & diligentiam & custodiam<sup>n</sup>.

n. d. l. sicut certo. §. 2. nunc  
videndum est et §. seq. cum §.  
fin. l. 18. in rebus. in prin. b.  
tit.

IX. Usq; adeo autem diligentia in re commodata præstanda est, ut etiã in ea, quæ sequitur rem commodatam, præstari debeat, ut puta si equam

si equam tibi commodavi, quam pullus comi-  
tabatur o: imò casum quoque fortuitum præ-  
stabis, si rem fortè æstimatam accepisti p, vel  
si extra locum destinatum producendo, cau-  
sam præstitisti interitus q.

o. d.l. si vt certo. §. 7. vsq. a-  
deò. & §. 10. si me rogaueris.  
p. d.l. si vt certo. §. 3. com-  
modatum autem cum §. seq.  
q. d.l. si vt certo. §. 5. sed in-  
terdum.

X. Sed & in hac re, quam cùm ego tibi do-  
mi tuæ commodassem, & commodè domum  
mecum referre non possem, apud te reliqui,  
custodiam præstare debebis, nisi aliud nomi-  
natim conuenit r.

r. d.l. si vt certo. §. 11. si de  
me.

XI. Qui aliter quàm concessum erat, re  
commodata vtitur, non solùm commodati, ve-  
rùm furti quoq; tenetur: & siue pignus, siue  
commodata res, siue deposita, deterior, ab eo,  
qui accepit, facta sit, non solùm istæ compe-  
tunt actiones, de quibus loquimur, verùm e-  
tiam Legis Aquiliæ: sed si qua earum actum  
fuerit, aliæ tolluntur s: & alioqui in litem e-  
tiam iurari in hac actione potest t.

s. l. 18. in rebus. §. siue au-  
tem.

t. l. 3. §. in hac actione. b.  
tit.

XII. Qui autem rem commodatam acce-  
pit, si in eam rem vsus est, in quam accepit, &  
sua culpa vel dolo \* rem non fecit deteriore,  
nihil præstare debet u: quod si res dum refer-  
tur, perijt, siquidem ego mandauerim, per  
quem remitteret, periculum meum erit: si  
verò ipse, cui velit commisit, aut ei commisit,  
qui tantùm commonendi causa, missus erat,  
culpam præstabit x.

\*. d.l. 17. in commodato. in  
prin. b. tit.  
u. l. 10. cum qui rem. in pr.  
& l. vlt. b. tit.

x. d. l. eum qui rem. §. fin.  
cum 2. ll. seqq. l. 20. argentum.  
b. tit.

XIII. Commodati contraria actio, datur Cõ-  
modatario aduersus Commodantem, ad im-  
pensas maiores recuperandas, quas fecerit in  
F 2 curan-

- y. l. 18. in rebus. §. possunt. curanda serui valetudine, aut in requirendo  
 l. pen. h. tit. fugituo: ad damnum resarciendum, si scien-  
 z. d. l. in commodato. §. sicut ter vasa vitiosa commodata sunt y, si ante tem-  
 autem. & l. 21. rem mihi. h. pus res auferatur z: ad precium recuperandū,  
 tit. si re commodata perdita, & precio præstito,  
 a. d. l. in commodato. §. in potestatem tuam res redierit a.  
 fin. XIII. Potest autem Contraria hæc commo-  
 b. d. l. in commodato. §. r. dati actio, etiam sine Principali seu Directa mo-  
 c. d. l. in rebus. §. fin. l. 1. ueri b, & per viam quoque exceptionis in com-  
 §. præterea. §. de cont. tut. pensationem induci possunt, quæ hac acti-  
 act. l. 156. inuitus. §. 1. §. de one debentur c.  
 reg. iu.

Disputat. III. Respond. Ioachimus Koch, Rintelensis.

## De pignoratitia Actione vel contra: Tit. 7.

1. 2. 3. 4. Pignus quomodo conuentione constituatur, & quid iuris habeat Creditor  
 vel Debitor in pigore?  
 5. Etiam à Magistratu vel testamento pignus constituitur.  
 6. Ob quamcunq; causam pignus constitui potest.  
 7. 8. 9. 10. 11. Qui possint pignori dare, & quæ res pignori obligari possint?  
 12. Pignoratitia actio directa cui & quando competat?  
 13. 14. Solutum & satisfactum quomodo accipiamus?  
 15. 16. 17. Quid veniat in Pignoratitiam Directam Actionem?  
 19. 20. 21. 22. 23. 24. Contraria Pignoratitia Actio cui competat, & quid in hanc Actionem  
 veniat?

a. §. item Seruiana. vers. in- I.  
 ter pignus. l. de act. l. 1. in pr.  
 b. tit. l. 5. res hypothecæ. §. fin.  
 §. de pigno. & hypothe.

b. l. 4. contrahitur. §. de pi-  
 gnor. & hypothec. l. 4. in re.  
 & l. 5. si res. §. de fide instru.

**P**ignus generaliter contrahi dicitur, nō  
 solum traditione, sed etiam nuda con-  
 uentione, etsi non traditum est a: per pactum  
 scilicet conuentum: nec ad rem pertinet qui-  
 bus verbis, an etiam sinè scriptura: fiunt enim  
 de his scripturæ, ob id tantum, vt quod actum  
 est, facilius probari possit b.

**II.** Sed specialiter ac propriè Pignus dici-  
 mus,

mus, quod ad creditorem transit: Hypothecam cum non transit, nec possessio ad Creditorem <sup>c</sup>: solam tamen possessionem, Pignus transfert ad Creditorem, manente proprietate Debitoris <sup>d</sup>.

III. Potest quoque Debitor impetrare, postquam in Creditorem transtulit possessionem, ut precario, vel pro conducto, re sua ei uti liceat, manente nihilominus possessione pignoris penes Creditorem <sup>e</sup>.

III. E conuerso Creditor pacisci potest, ut non tantum possidere sibi pignus liceat, sed vel statim ab initio acceptae pecuniae mutuae & traditi pignoris <sup>f</sup>, vel a tempore morae & ad diem non soluta sorte, vel non solutis usuris, <sup>ἀντίρροπον</sup> pignoris habeat, & fructus pignoris cum usuris compenset <sup>g</sup>, quamuis fructus vberiores sint <sup>h</sup>.

V. Neque verò conuentionibus tantum pignus constituitur, sed Pignus quoque constituitur, cum Magistratus ex quacunque causa in possessionem aliquem miserit, dum tamen in possessionem ventum sit <sup>i</sup>: imò testamento etiam constitui pignus potest <sup>k</sup>.

VI. Et rursus non tantum ob mutuam pecuniam, sed & ob aliam causam pignus dari potest, veluti si quis pignus alicui dederit, ut pro se fideiubeat <sup>l</sup>, vel si debitum exigenti, species auri quis dederit, ut pignori apud alium Creditorem poneret, & quantum debebatur, ab illo acciperet <sup>m</sup>.

VII. Tutor quoque lege non refragante si dederit

<sup>c</sup>. d. §. item Seruiana. vers. nam pignoris. l. de act. l. 9. si rem alienam. §. proprie. h. tit.

<sup>d</sup>. l. 35. cum et sortis. §. fin. h. tit.

<sup>e</sup>. l. 22. si pignore. §. si post distractum. d. l. cum et sortis. §. fin. et l. 37. si pignus mihi. hoc tit.

<sup>f</sup>. l. 33. si pecuniam. h. tit. l. 11. si is qui. in prin. §. de pigno. et hypothec. l. 13. si ex pacto. et l. 17. si ea lege. C. de usur.

<sup>g</sup>. l. 1. §. pacto. §. de pigno et hypothec.

<sup>h</sup>. d. l. si ea pactione. et d. l. si ea lege C. de usur.

<sup>i</sup>. l. 26. non est mirum. in pr. et §. fin. h. tit. l. 10. sed et iure. §. Qui pot. in pign. hab. l.

<sup>j</sup>. si finita. §. si quis damnū. §. de damno infecto. et fa. tot.

<sup>k</sup>. tit. C. de præto. pig. et tit. si in causa iudicati pig. cautū sit.

<sup>l</sup>. d. l. non est mirum. in pr. l. 12. Lucius. §. de alim. vel ci-

<sup>m</sup>. ba. lega. l. 1. vers. ex eius voluntate. C. communia de lega.

vide in Triboniana nostra. e. iusq. dotalitio. lib. 1. tit. 21. de pign. et hypot. §. distinguitur.

<sup>n</sup>. l. d. l. 9. si rem alienam. §. 1. h. tit. l. 5. res hypothecae. in prin.

§. de pigno. et hypothec.

<sup>o</sup>. l. 27. petenti. h. tit.

- n. l. 16. tutor. in prin. h. tit. derit rem pupilli pignori, tuendum erit: sci-
- o. l. 38. pupillo. h. tit. l. 1. in licet si in rem pupilli pecuniam accipiat: idem
- prin. j. Quæ res pign. vel hy- est & in Curatore adolescentis vel furiosi<sup>n</sup>: si-
- pothe. datae obliga. non pos. nè autoritate autem Tutorum vel Curato-
- p. l. 2. et l. 6. qui filios. C. rum, hi, qui in potestate eorum sunt, non rectè
- Quæ res pign. obl. possunt vel pignori dant<sup>o</sup>.
- non. l. 13. si quidem. C. de do- VIII. Obligare autem pignoris hypothecæue
- nat. inter vir. & vxor. nomine possumus, res nostras, in quibus ple-
- q. d. l. 16. tutor. §. fin. cum l. num & directum, vel vtile, vt vocant, domini-
- seq. h. tit. um habemus p, atq; ita etiam vectigale vel su-
- r. l. 15. si conuenerit. §. si nu- perficiarium prædium, pignori obligari potest,
- da. h. tit. attamen sinè diminutione mercedis soli q.
- s. d. l. si conuenerit. in prin. IX. Sic quoq; nuda proprietas pignori dari
- l. 4. nomen C. quæ res pigno. potest, & accedens vltusfructus, ad pignoris
- oblig. possunt vel non. accedet causam r: & nomen debitoris mei pi-
- t. l. 11. si is qui bona. §. vsus- gnori dare possum, pecuniaq; ex debito exacta
- fructus. j. de pigno. et hypoth. cedit in solutum, corpus acceptum pignori e-
- u. l. 20. cum conuenit. d. tit. rit s: & vltusfructus pignori dari potest t, &
- j. de pigno. & hypothec. pensiones pignori obligari possunt u.
- x. d. l. si is qui bona. §. fin. X. Seruitutes etiam prædiorum, licet dire-
- y. l. 12. sed an via. j. de pig- ctò pignori obligari non possint x, ita tamen in
- no. & hypothec. pignoris causam rectè venient, si conuentum
- z. d. l. qui filios. C. Quæ res fit, vt quamdiu pecunia soluta non sit, eis ser-
- pigno. oblig. possunt vel non. uitutibus Creditor vtatur, qui vicinum fun-
- & d. l. 13. si quidem. C. de do- dum habet y: & deniq; pignoris obligatio in o-
- nat. inter vir. & vxor. l. 18. si mnibus his consistit, quæ quis de bonis suis,
- ab eo. & l. 21. si inter. §. si de- alteri obnoxia facere potest z.
- bitor. j. de pigno. et hypothec. l. XI. Eam autem rem, quam quis emere non
6. quæ prædium. C. si aliena potest, quia commercium eius non est, iure pi-
- res pigno. data sit. gnoris accipere non potest a: aliena quoq; res
- a. d. l. qui filios. l. 9. sed & non rectè pignori datur b, nisi voluntate domi-
- quod in fin. j. de pig. et hypoth. ni aut
- l. 1. §. eam rem. i. quæ res pig. non rectè pignori datur b, nisi voluntate domi-
- vel hyp. datae oblig. non possunt. ni aut
- b. l. 2. l. 9. si rem alienam. in non rectè pignori datur b, nisi voluntate domi-
- prin. l. 16. tutor. §. contraria. ni aut
- l. 32. cum debitore. l. 36. si quis in pignore. §. fin. b. tit. & tot. tit. C. si aliena res pig. data sit.



ni aut postea eò ratum habente c : sicut & ex postfacto interdum pignus confirmatur d : Res quæ ad culturam agrorum pertinent, singulariter à pignoris iure exemptæ sunt e.

XII. Ratione igitur pignoris, Pignoratitia actio datur : & quidem Debitori directæ Pignoratitia actio competit, ad rem oppignoratam eiusq; possessionem corporalem, ut vocat Iureconsultus Papinianus f, recuperandam soluto debito g: Si quasi accepturus pecuniam, pignus dederò, nec accepero, Pignoratitia mihi competet, & nulla solutione facta h.

XIII. Omnis autem pecunia exoluta esse debet, aut satis eo nomine factum, antequàm nascatur Pignoratitia actio \*: solutam pecuniam accipimus, non solum si ipsi, cui res obligata est, sed et si alij sit soluta voluntate eius, vel ei, cui hæres extitit, vel procuratori eius vel seruo exigendis nummis præposito i.

XIII. Satisfactum quoq; accipimus, quoties recedere voluit creditor à pignore, si is, ut ipse voluit, sibi cauit, siue alijs pignoribus sibi cauerit, siue fideiussoribus, siue Reo, id est, ex promissore dato, siue precio aliquo, vel nuda conventionione k : idemq; est, si creditore pecuniam recusante, Debitor eam deposuit, & solenniter consignavit \*.

XV. Quod si creditor ἀντίληψιν in re oppignorata

omnis. h. tit. & fa. tot. tit. C. de luitione pignoris. & tit. si vnus ex hæredibus creditoris vel debitoris partem suam debiti soluerit vel acceperit. i. l. ii. solutum. §. solutam. cum 3. responsis seqq. b. tit. & l. vlt. C. de luitione pignoris. k. d. l. si rem alienam. §. omnis. \* d. l. 9. si rem alienam. §. fin. cum l. seq. & l. 20. aliena res. §. si per creditorem. h. tit. l. 10. nec creditores. & l. vlt. C. eo. l. vlt. C. de luitione pignoris.

c. l. 20. aliena res. in prin. b. tit.

d. l. 29. si rem alienam. & l. 41. rem alienam. b. tit. l. 22. si Titio. i. de pigno. & hypothes. l. 5. cum res. C. si aliena res pigno. data sit.

e. l. 7. executores. & l. 8. pignorum. cum Auth. seq. C. quæ res pign. oblig. poss. §. agricultores. in Friderici Secundi Imperatoris constitutione, quæ post libros feudorū posita est. & vide die Reformation Keyser Friedrichs des dritten zu Augspurg Anno 1. 4. 42. auffgericht. tit. wie man pfenden sol. & tit. seq. mihi. in des Reichs abscheiden. parte 1. fol. 15 et 16. f. l. 40. debitor. §. soluta. b. tit.

g. d. l. 9. si rem alienam. §. omnis. l. 11. solutum. §. si in sortem. l. 33. si pecuniam. & d. l. debitor. §. soluta. b. tit. l. 1. §. creditor. i. de oblig. & act. l. 10. nec creditores. & l. 11. pignoris causa. C. de pign. act.

h. l. 11. solutum. §. 1. b. tit. tot. tit. C. si pignoris conventionē numeratio secuta non fuerit.

\*. d. l. 9. si rem alienam. §. i. l. 11. solutum. §. solutam. cum

k. d. l. si rem alienam. §. omnis.

l. 10. nec creditores. & l. vlt. C. eo. l. vlt. C. de luitione pignoris.

- l. l. 1. 2. & 3. cum l. ult. C. de pign. act.
- m. d. l. 1. 2. & 3. C. h. tit. l. 22. si pignore. §. si prædo. h. tit.
- n. d. l. 1. 1. §. pacto. et l. 11. si is qui. in prin. §. de pigno. & hypothe. l. 14. si ea pactione. & l. 17. si ea lege. C. de usur.
- o. d. l. 33. si pecuniam. h. tit.
- p. l. 24. eleganter. §. fin. & l. 30. qui ratlario. h. tit. l. 5. si creditor. l. 7. si creditor. C. eo.
- q. d. l. si creditor. & d. l. creditoe. C. eo.
- r. l. 13. si cum venderet. §. fin. cum. l. seq. & l. 25. si seruos. vers. sicut enim. h. tit. d. l. si creditor. & d. l. creditor. C. eo. §. si. I. Quib. mo. re cōtrah. oalig.
- s. l. 15. creditor cum pignus. h. tit.
- t. l. 6. quæ fortuitis. l. 8. si nulla. & l. 9. pignus. C. eo.
- u. d. l. 16. tutor. §. contrariam. h. tit.
- x. l. 8. si necessarias. in pr. h. tit.
- rata non habeat, fructus quoq; quos percipit, vel percipere debuit, in rationem exonerandi debiti computare necesse habet<sup>l</sup>: si verò quod debebatur, integrè debitor exoluit, fructuum erit facienda restitutio à Creditore, iure pignoratitiæ actionis, non secus ac si super debitam quantitatem fructus percepisset<sup>m</sup>.
- XVI. Si Creditor in oppignorata re ἀντίληψιν habuit, præteriti quidem temporis fructus repetere non potest<sup>n</sup>, attamen solutione facta, actione Pignoratitia vti potest, ad ἀντίληψιν recuperandam<sup>o</sup>.
- XVII. Damnum quoq; , suo dolo vel culpa, in re oppignorata datum, in rationem debiti deducere, vel si debitum integrè solutum sit, quanti debitoris interest resarcire cogitur<sup>p</sup>: idemq; est, si res dolo aut culpa eius interierit<sup>q</sup>.
- XVIII. Tenetur enim Creditor in re oppignorata, quia vtriusq; causa pignus contrahitur, præstare non tantum dolum, sed etiam latam & leuem culpam<sup>r</sup>: & de dolo quoq; re-promittere debet<sup>s</sup>: quamuis casum fortuitum non præstet, sed is simpliciter ad rei dominium spectet<sup>t</sup>.
- XIX. Contrariam pignoratitiam actionem Creditori competere certum est<sup>u</sup>: si enim Creditor necessarias impensas in rem oppignoratam fecerit, non tantum retentionem, sed etiam Contrariam Pignoratitiam actionem habebit<sup>x</sup>: idemq; est in vtilibus impensis ex voluntate debitoris factis: sed in reliquis mediè ita dispi-

dispiciendum erit iudici, vt neq; delicatus De-  
bitor, neq; onerosus Creditor audiatur y. *y. d.l. 25. si seruos. b. tit.*

XX. Deinde verò illud quoq; in hanc acti-  
onem veniet, si dolo aut culpa Debitoris, ex re  
oppignorata damnum senserit Creditor: si ser-  
uus pignori datus, Creditori furtum faciat,  
liberum est debitori, seruum pro noxę deditio-  
ne relinquere: sed si sciens furem pignori mi-  
hi dederit, etsi paratus fuerit, pro noxa dedi-  
tione apud me relinquere, nihilominus habe-  
bo pignoratitiam hanc actionem, vt me indem-  
nem præstet, sicut in deposito vel commoda-  
to z.

*z. l. 31. si seruus. b. tit. l. 17.  
in commodato. §. sicut autem.  
in sine. & l. pen. §. tit. prox.*

XXI. Contraria Pignoratitia actio etiam  
competit, si rem alienam sinè domini volunta-  
te, vel alij oppignoratam, cùm ea ad vtrumque  
debitum non sufficeret, vel si in publicum ob-  
ligatam dedit: vel si in dando aliam subiecit,  
aut aliter maliciosè in pignore dando versatus  
sit Debitor: extra ordinem tamen etiam Stelli-  
onatus nomine plectetur a.

*a. d.l. 1. & 2. d.l. 9. si rem  
alienam. in prin. d.l. 16. tutor.  
§. contrariam l. 32. cum debi-  
tore. d.l. 36. si quis in pigno-  
re. in prin. & §. fin. b. tit. &  
fa. tot. tit. C. Si aliena res pi-  
gnor. data sit.*

XXII. Si quasi recepturus à debitore tuo co-  
minus pecuniam, reddidisti ei pignus, isq; per  
fenestram id miserit, excepturo eo, quem de  
industria ad id posuerat, nec pecunia numera-  
ta sit, etiam furti & ad exhibendum agere po-  
tes, & si agente te contraria Pignoratitia, ex-  
cipiat Debitor de pignore sibi reddito, replica-  
bitur de dolo & fraude b.

*b. l. 3. b. tit.*

XXIII. Illud deniq; Creditoris iure quoquè  
continetur, quòd Creditor ex pactione, vel  
denunciationibus priùs factis, si nihil con-  
uenerit,

G

uenerit,

- c. l. 4. si conuenit. cum 2. uenerit, aut si conuenerit ne res distrahatur, seq. l. 8. si necessarias. §. si annua. & §. de vendendo. h. tit. rem oppignoratam vendere c, & si venditor fortè non inueniatur, dominium sibi impetrare possit d, quamuis inuitus vendere non cogatur, sed eo nolente Debitori vendere pignus permittatur, priùs idonea cautela Creditori de indemnitate ab eo præstanda e.
- d. l. 24. eleganter. in prin. h. tit. & toto tit. C. de iure domini impetrando.
- e. l. 6. quamuis conuenerit. in prin. h. tit. XXIII. Si post distractum pignus, Debitor, qui precariò rogauit vel conduxit pignus, possessionem non restituat, contrario iudicio etiam hoc nomine tenetur f: item de euictione Creditor aduersus Debitorem regressum habet, si modò sinè dolo & culpa vendidit, & ut diligens paterfamiliàs g: sed superfluū precij, etiam cum vsuris, post moram Creditor Debitori restituere cogitur h.
- f. d. l. 22. si pignore. §. si post distractum h. tit.
- g. d. l. 8. si necessarias. §. si pignori. & d. l. 22. si pignore. §. fin. cum 2. resp. seqq. h. tit.
- h. d. l. 6. quamuis. §. fin. cum l. seq. l. 24. & eleganter. §. si vendiderit h. tit.

## LIBER DECIMVS QVARTVS.

Disputat. I. Respond. Hinricus Scheuius, Quakenbrugensis.

## De exercitoria actione: Tit. I.

1. 2. Exercitoria quomodò de eo, quod cum Magistro contractum est detur?
3. 4. Ex qua causa detur?
5. Si plures sint Magistri præpositi?
6. Magister quoq; conueniri potest: & quid si plures, vel filius, aut seruus, nauem exerceant?

- a. l. 1. §. magistrum nauis. I. Quid si cum Magistro a nauis b, eius rei gratiâ, cui præpositus est c, vel cum 2. seqq. h. tit.
- b. d. l. 1. §. nauem. & §. sed cum eius Substituto d, contractum sit e, datur etsi ut certis. in so-
- c. d. l. 1. §. non autem. cum aliquot seqq. & l. ult. h. tit. d. d. l. 1. §. magistrum autem.
- e. d. l. 1. in prin. & §. 1. ac passim toto hoc tit.

in solidum <sup>f</sup> actio, etiam aduersus Exercito-  
rem <sup>g</sup>, eum scilicet, ad quem obuentiones &  
reditus omnes perueniunt: siue is dominus  
navis sit, siue à domino nauem per auersionem  
conduxit, siue ad tempus siue in perpetuum,  
siue masculus sit siue mulier, paterfamiliâs vel  
filiusfamiliâs, vel seruus <sup>h</sup>.

f. §. eadem ratione. I. quod  
cum eo, qui in alien. potest. est.  
et d. l. i. §. licet autem. et §.  
vlt.

g. d. l. i. in prin. et §. est au-  
tem nobis. cum §. pen.

h. d. l. i. §. exercitorem. et  
d. §. qua ratione. vers. ideò au-  
tem. l. 4. etsi à muliere. C. de  
instito. et exercito. act.

II. Nihil interest etiam, cuius conditionis  
sit Magister iste, vtrum liber an seruus, Exer-  
citoris an alienus, sed nec cuius ætatis sit in-  
tererit, sibi imputaturo, qui præposuit <sup>i</sup>: &  
rursus de eo, quod cum substituto Magistri  
gestum est, tenetur Exercitor, etiamsi sic Ma-  
gistrum præposuit, ne alium ei liceret præpo-  
nere, ne Titio vteretur <sup>k</sup>.

i. d. l. i. §. cuius autem. l.  
vlt. C. de instito. et exercito.  
act.

k. d. l. i. §. magistrum autem.

III. Non autem ex omni causa Prætor dat  
in Exercitorem actionem, sed eius rei nomi-  
ne, cuius ibi præpositus fuerit <sup>l</sup>: ideoq; si toti-  
us nauis cura Magistro mandata est <sup>m</sup>, compe-  
tit etiam Exercitoria hæc actio, si fortè ad ar-  
mandam, instruendam, reficiendamue nauem,  
vel nautas exhibendos, pecuniam mutuauit <sup>n</sup>,  
dum tamen Creditor aliquam diligentiam hac  
in re prestet, vt sciat necessarium Exerci-  
tori esse id, cuius ratione sibi eum obligari cu-  
pit <sup>o</sup>.

l. d. l. i. §. non autem.

m. d. l. i. §. magistrum na-  
uis.

n. d. l. i. §. non autem ex o-  
mni. cum aliquot seqq. et l. vlt.  
in prin. et §. fin. b. tit.

o. d. l. vlt. in prin. et §. fin.

IIII. Quod si locandis nauibus tantum vel  
mercibus vectoribusue conducendis, armen-  
tis aut mercibus emendis vendendisue, Magi-  
ster

- p. d.l.1. §. magistri autem. et §. igitur præpositio. cum §. seq.
- q. d.l.1. §. si plures.
- r. l. 41. nec seruus. §. de pecul. l. 14. serui. & l. 43. obligari §. de obligat. & act. l. 22. in personam. & l. 107. cum seruo. §. de reg. iur.
- s. d.l.1. §. est autem nobis.
- t. d.l.1. §. hæc actio.
- u. d.l.1. §. fin. cum 2. respō. seq. h. tit.
- x. d.l.1. §. si is qui nauem. cum seqq. l. 4. si tamen. §. 1. & seq. l. 5. si eum. in prin. et 2. §. seqq. l. 6. si seruus. in prin. & §. fin. h. tit.
- y. d.l.4. si tamen. §. fin.
- z. d.l.1. §. est autem nobis. vers. solent planè. h. tit.
- ster præpositus fuerit, & modum præpositio- nis egressus sit, non obligatur Exercitor P. V. Si plures sint Magistri non diuisis officijs, quodcunq; cum vno gestum erit, obligabit Exercitorem: si diuisis officijs alter locando alter exigendo, pro cuiusq; officio obligabitur Exercitor: sed si sic præposuit, ne alter sinè altero quid gerat, qui contraxit cum vno, sibi imputabit q.
- VI. Est autem contrahenti electio, vtrum Magistrum, si is seruus non sit r, an Exercitorem conuenire velit c, attamen quia ex persona Magistri in Exercitorem Exercitoria actio datur, si cum altero actum sit, cum altero agi non potest t: si plures exercent, quilibet in solidum conueniri potest u: & rursus in solidum quoq; tenetur pater vel dominus, si filius. vel seruus voluntate eorum nauem exercent x: estq; perpetua Exercitoria actio, hæredibus quoq; & in hæredes competēs y: Exercitori etiam aduersus contrahentes, non cessis à Magistro actionibus, extra ordinem subuenitur z.

## Ad legem Rhodiam de iactu: Tit. 2.

1. 2. 3. 4. Pro rebus in naufragij periculo eiectis, quomodo de conseruatis collatio fiat?
5. 6. 7. De quibus rebus collatio non fiat, & quando Magistro nauis subueniatur?

I. **L**Ege Rhodiaca utitur, si laborante nauis, leuandæ nauis gratia, iactus mercium factus est, vt omnium contributione satisfiat, quod pro omnibus iactum est, & amissarum

farum mercium domini, si merces vehendas locauerant, ex locato agant cum Magistro nauis, is deinde cum reliquis ex conducto, vt detrimentum pro portione communicetur <sup>a</sup>.

*a. l. 1. l. 2. in prin. & §. iacturæ summam. h. tit.*

II. Quòd si in eadem naue, varia mercium genera, complures mercatores coegerint, prætereaq; multi vectores, serui liberiq; in ea nauigauerint, & aliqui tales merces imposuerint, quibus nauis non oneretur, veluti gemmas, margaritas, omnes tamen conferre oportet,

*b. d. l. 2. §. in eadem. & §. seq.*

quorum interfuit iacturam fieri, adeò vt vestimentorum etiam cuiusq; & annulorum æstimationo fiat <sup>b</sup>, sicut & ei quoq; subueniri oportet, cuius res propter iactum deteriores factæ sunt <sup>c</sup>: & illos conferre oportet, quorum merces post iactum, submersa nauis, per vrinatores extractæ sunt <sup>d</sup>.

*c. l. 4. nauis onustæ. §. cum autem iactus. h. tit.*

*d. d. l. 4. nauis onustæ. §. sed si nauis.*

III. Quòd si nauis onustæ leuandæ causa, quia fortè intrare flumen vel portum non potuerat cum onere, quædam merces in scapham traiectæ sint, eaq; scapha submersa, merces perierint, in hoc quoq; casu ratio haberi debet inter eos, qui in nauis merces saluas habent, cum his, qui in scapha perdiderunt, perinde tanquam si iactura facta esset <sup>e</sup>.

*e. d. l. 4. nauis onustæ. in prin. & l. vlt. h. tit.*

III. Portio autem pro æstimatione rerum, quæ saluæ sunt, & earum, quæ amissæ sunt, præstatur: & quidem ita vt eius non habeatur ratio, si res amissæ pluris vendi potuerint: in his verò, quarum nomine conferendum est, non solum quanti emptæ sint, sed etiam si pluris vendi possint, ratio habeatur <sup>f</sup>.

*f. d. l. 2. §. portio autem. h. tit.*

- g. d. l. 2. §. iacturæ summam.
- b. d. l. 2. §. seruorum quoque.
- i. d. l. 2. §. si nauis.
- k. d. l. 2. §. fin.
- l. l. 8. qui leuandæ. cum l. seq. h. tit. l. 18. in eum. cum au. th. seq. C. de furt. et seruo corrup. §. nauigia in constitut. Frederici II. de statutis & consuetud. contra libert. ec. clesie, posita post libros feudorum.
- m. d. l. 2. §. fin.
- n. l. 7. cum depressa. h. tit.
- o. l. vlt in prin h. tit.
- p. d. l. vlt. §. si ea conditione & seq.
- q. d. l. 2. §. si conseruatis. l. 3. l. 5. amissæ. §. fin. h. tit.
- r. d. l. 5. amissæ. in prin. & l. 6. nauis aduersa. h. tit.
- V. In collationem tamen non venient ea, quæ consumendi causa sunt imposita, quo in numero sunt cibaria, quia si quando ea defecerint in nauigationem, quod quisque haberet in commune conferret g: sic quoque hoc nomine quod seruus in mari perierit h, aut à prædonibus cuiquam quid ablatum sit, prorsus non fit collatio: secus si à piratis aliquid sit ablatum, vel etiam ab his redemptum i.
- VI. Sed etsi res leuandæ nauis gratia iactæ sint, quia domini manent, nec apprehendentis fiunt k, imò repeti etiam ab apprehendentibus possunt l, si apparuerint, exoneratur collatio, vel si iam contributio facta sit, tunc hi, qui soluerint, agent ex locato cum magistro, ut is ex conducto experiatur, & quod exegit reddat m: atque ita etiam pressa vel deiecta nauis, & nullis mercibus iactis, eius, quod quisque seruauit, collatio non est n.
- VII. Seruorum quoque, qui in mari perierunt, non magis facienda æstimatio est, quam si qui ægri in nauis decesserint; nam & horum vectura debetur magistro o: qui tamen & ipse couenitur, quoties dolus eius, vel culpa eius arguitur p: & rursus si quod damnum propter saluandas merces nauis passa est, puta si arbor cæsa sit, hoc ipsum refarcire vectores oportet q: quanquam si extra hoc, aduersa fortè tempestate, nauis damnum passa sit, hoc refarcire vectores non teneantur r.

De in-



## De institoria actione : Tit. 3.

1. 2. *Institoria aduersus dominum eius, qui negociationi præpositus est, datur.*  
 3. 4. *Quando denegetur aduersus dominum hæc actio, et quomodo domino consulatur?*

I. **A**D exemplum porrò Exercitoriæ acti-  
 onis, <sup>a</sup> in eum, qui Institorem taber-  
 næ vel cuiuslibet alij negociationi præposuit <sup>b</sup>,  
 datur quoq; de eo, quod istius negociationis  
 ratione, cui præpositus est <sup>c</sup>, cum Institore  
 contractum est, Institoria actio in solidum <sup>d</sup>.

II. Datur etiam in tabernæ aut negociatio-  
 nis dominum, Institoria hæc actio, si fortè  
 Procurator meus aut tutor vel curator Instito-  
 rem præposuerit <sup>b</sup>, paruiq; refert, quis sit In-  
 stitor, masculus an fœmina, liber an seruus,  
 proprius an alienus: & an vir vel mulier suis ne-  
 gociationibus eum præposuerit <sup>f</sup>: imò pupil-  
 lus quoq; vel alius, hæres factus præponentis  
 Institoria tenebitur <sup>g</sup>, quia perpetuò quoque  
 & in hæredem & hæredibus hæc actio datur <sup>h</sup>.

III. Is fanè de quo palam proscripsum est,  
 ne cum eo contrahatur, præpositi loco non ha-  
 betur, nec datur in dominum hac ratione In-  
 stitoria actio, si modò euidenter ante eum lo-  
 cum, in quo negociatio exercetur, proscrip-  
 tio extat <sup>i</sup>: similiter illi actio denegatur, cui de-  
 nunciatum est, ne præposito pecuniam crede-  
 ret <sup>k</sup>.

IIII. Domino etiam in eos, qui contraxe-  
 runt, utilis actio datur, si aliter rem suam ser-  
 uare <sup>i</sup>.

<sup>k</sup>. *d. l. 17. si quis mancipijs. §. Proculus. b. tit.*

<sup>a</sup>. *§. eadem ratione. I. quod cum eo, qui in alie. potest. est nego gest. esse dicatur. l. 1. et l. 7. sed etsi quis. §. t. h. tit.*

<sup>b</sup>. *l. 3. l. 4. & l. 5. quicumq; in prin. & 2. §§. seqq. l. 16. si cum villico. l. 17. si quis mancipijs. in prin. & l. 19. institor est. h. tit.*

<sup>c</sup>. *d. l. 5. quicumq; §. non tamen. cum 3. seq. l. 11. sed si pupillus. §. conditio. d. l. 16. si cū villico. l. 17. si quis mancipijs. §. Proculus. cum l. pen. & vlt. h. tit.*

<sup>d</sup>. *d. §. eadem ratione. & d. l. 1. h. tit.*

<sup>e</sup>. *d. l. 5. quicumq; §. fin. cum l. 6. sed & in ipsum. & l. 7. sed etsi quis in prin. h. tit.*

<sup>f</sup>. *d. l. 7. sed etsi quis. §. 1. et §. fin. cum 2. ll. seqq. l. 11. sed si pupillus. §. fin. cum 2. respon- sis se. d. l. 17. si quis mancipi- is. §. 1. cum l. pen. & vlt. h. tit.*

<sup>g</sup>. *d. l. 11. sed si pupillus. in prin. & d. l. 17. si quis manci- pijs. §. si impubes. et §. seq. h. t. h. l. 15. nouissimè. h. tit.*

<sup>i</sup>. *d. l. 7. sed etsi quis. §. 1. & uare seq. h. tit.*

l. l. i. in fin. cum l. seq. h. tit. uare non potest<sup>1</sup>: Sed & tum aduersus Domi-  
 & l. i. §. est autem nobis. vers. num Institoria hæc actio non datur, si is, qui  
 solent planè. §. de exerci. act. cum Institore contraxit, vel ab Institore vel ab  
 m. d. l. 13. habebat. §. memi- alio, nouandi animo stipulatus sit<sup>m</sup>.  
 nisse. h. tit.

Disputat. II. Respond. Balthazarus à Senden, Cellensis.

### De Tributoria actione: Tit. 4.

1. 2. Tributoria datur aduersus patrem vel dominum, qui filium vel seruum in pecu-  
 liari merce negociari patitur.

3. 4. Quid veniat in tributum, & quomodo tributio fiat?

I. Datur etiam Tributoria actio aduersus  
 patrem vel dominum, si hi, qui in eo-  
 rum potestate sunt, scientibus ipsis in pecu-  
 liari merce negocietur, & cū alijs contraxerint:  
 nam cū alioqui Pater vel Dominus priuile-  
 gium habeant in contractibus filiorum suorum  
 vel seruorum, & de peculio ita duntaxat tene-  
 antur, vt prius deducatur, quod ipsis debetur,  
 fit tamen, si scierit Pater filium, vel Dominus  
 seruum suum, in peculiari merce negociari, vt  
 tanquam extranei Creditores per hanc actio-  
 nem in tributum vocentur<sup>a</sup>.

II. Potestatis verbum ad omnem sexum, i-  
 temq; ad omnes, qui alieno iuri subiecti sunt,  
 porrigitur, vt eorum quoq; nomine, Tributo-  
 ria actio aduersus nos competat, qui nobis bo-  
 na fide seruiūt, siue liberi, siue alieni serui sint,  
 vel in quibus vsumfructum habemus<sup>b</sup>: simi-  
 literq; mercis nomen accipitur pro omni eo,  
 in quo negociatio exercetur<sup>c</sup>: rursus scienti-  
 am pro sola patientia patris vel domini accipi-  
 mus<sup>d</sup>, nocetq; Tutoris vel Curatoris scientia  
 pupil-

a. l. i. in prin. h. tit.

b. d. l. i. §. fin.

c. d. l. i. §. licet mercis.

d. l. i. §. scientiam.

pupillo vel furioso, non tamen dolus e: & Procuratoris scientia Domino nocet f.

e. l. 3. §. si seruus. cum §. fin. & l. seq. h. tit.

III. Tribui autem, id est, distribui inter Patrem vel Dominum, & Creditorem iubetur non aliud, quàm quod ex ea merce est, cuius ratione Creditor contraxit, & quod eo nomine receptum est, quanquam Patri aut Domino rata sua debiti portio tribuenda est, ex qua cunq; etiam causa: & licet his quoq;, qui in potestate eorum sunt, debeatur, imò etiam si ante mercem istam comparatam debitum fuerit g: neq; datur Creditori in re ad filium vel seruum translata, vlla prærogatiua, nisi forte res vendita extet, eoquè nomine non sit satisfactum: tum enim simpliciter vendicare eam potest h.

f. l. 5. procurator. in prin. h. tit.

g. d. l. procurator. §. intri- butum. cum 4. seqq. & l. ii. a- liquando. h. tit.

h. d. l. procurator. §. sed etsi dedi.

IIII. Porrò quia tributio fieri debet, pro rata eius, quod cuiq; debetur, & fieri potest, vt alij quoq; existant istius peculiaris mercis Creditores, cauere debet Creditor se refusurum, si forte alij emerferint Creditores, vel si quod aliud patris aut domini debitum postea emerferit: neq; Pater vel Dominus inuiti cogi debent, hanc tributionem suscipere, sed arbiter ad eam rem dabitur i: attamen hoc nomine tenebuntur, si dolo eorum vel culpa factum est, quò minus tribueretur: nam & perpetuò & in hæredem hæc actio datur, sed de eo duntaxat, quod ad eum peruenit k.

i. d. l. procurator. §. fin. & l. 6. non enim. cum l. 7. illud quoq;. in prin. h. tit.

k. d. l. 7. illud quoq;. §. si cuius. cum 2. seqq. & l. 8. quia non. h. tit.

H Quod



Quod cum eo, qui in aliena potestate est, negotium gestum esse dicetur: Tit. 5.

I. 2. Quomodo agatur aduersus filium emancipatum, vel exhæredatum, paternam hæreditate absentem?

- a. l. 57. tam ex contractibus. §. de iudicijs. l. 34. quoties. cum l. seq. §. de noxal. act. l. 12. de eo §. 1. §. ad exhibend. l. 4. §. de condiç. furt. l. 39. filiusfa. ex omnibus. §. de obligat. et act.
- b. d. l. 12. de eo. §. 1. §. ad exhib.
- c. d. l. 34. quoties. cum l. seq. §. de noxal. act.
- d. l. 2. et l. 5. si filiusfa. in prin. h. tit. l. 2. l. 4. si ex contractu. l. 9. si ex alio. C. eo. Quod cum eo, qui in alie. potest.
- e. l. 3. h. tit.
- f. l. 4. sed si ex parte. §. soli autem. h. tit.
- g. d. l. sed si ex parte. §. quanquam.
- h. d. l. sed si ex parte. §. interdum. et l. 6. eum qui. h. tit.
- i. d. l. 2. §. fin. d. l. 4. sed si ex parte. in prin. d. l. 5. si filiusfa. §. fin. h. tit. et d. l. 2. cum d. l. §. si ex alio. C. eod.

I. Sed filius familiæ quidem si contraxerit, ex sua obligatione ipse etiam conueniri potest <sup>a</sup>, & vel contra ipsum filium, si is rem teneat <sup>b</sup>, vel contra patrem, ratione peculij fit executio <sup>c</sup>, attamen si post obligationem contractam emancipatus, vel aliter potestate liberatus sit filius, aut exhæredatus, vel abstinuerit sese hæreditate defuncti patris, siue voluntate sua, siue iussu patris contraxerit, & siue in peculium ipsius, siue in patrimonium patris ea res redacta sit, redditur in filium actio, vt causa cognita, quatenus facere potest, condemnetur <sup>d</sup>.

II. Detrahere autem filius hinc non potest, quod alijs debetur, nisi sint priuilegiati Creditores, quorum sicut & eorum, qui postquam sui iuris factus est, cum eo contraxerunt, ratio habetur <sup>e</sup>: soli tamen filio, non etiam hæredi eius, hoc beneficium competentia datur <sup>f</sup>: & contra ipsum quoque filium in solidum actio exercetur, ex delicto ipsius <sup>g</sup>, vel si patrem familiæ sese esse mentitus sit <sup>h</sup>, vel patri hæres extitit, dum tamen non ex minima parte <sup>i</sup>.

De

De Senatusconsulto Macedoniano: Tit. 6.

1. 2. Creditori, qui filiofamiliâs pecuniam mutuo dedit, denegatur efficax actio, daturq; aduersus eum exceptio.  
 3. Ad quos porrigatur Senatusconsultum?  
 4. 5. Vbi cesset hoc Senatusconsultum, vel non?

I. Illud Senatusconsulto Macedoniano specialiter cautum est, ne cui, qui filiofamiliâs mutuam pecuniam dedit, etiam post mortem parentis eius, cuius in potestate fuit, actio petitioq; efficaciter detur, vt sciant, qui pessimo exemplo fœnerant, nullius posse filiofamiliâs bonum nomen, expectata patris morte, fieri <sup>a</sup>.

a. l. 1. in prin. b. tit. l. 6. si filius. C. eo.  
 b. d. l. 1. §. fin.

II. Filiûfamiliâs accipimus, etiam si arrogatus sit, vel indignitate sit positus <sup>b</sup>: etiam si patri causa inciderit, quo minus in ciuitate sit <sup>c</sup>: sed si in pendentem sit patria potestas, quia pater apud hostes est, in pendentem etiam erit mutui obligatio <sup>d</sup>: & mutuum accipimus numeratæ pecuniæ, siue sub vñris data sit, siue sine vñris, non tamen rerum aliarum: multoq; minus in alijs contractibus Senatusconsulto locus erit, nisi fraus hac ratione quæ sita sit Senatusconsulto <sup>f</sup>.

c. l. 7. item si filiusfam. §. sed etsi patri. h. tit.  
 d. d. l. 1. §. 1.  
 e. d. l. 1. item si filiusfam. §. mutui dationem. et §. siue autem. h. tit.  
 f. l. 3. §. is autem. & d. l. item si filiusfam. in prin. & §. 1. & §. mutui dationem. h. tit. l. 3. C. eo.

III. Non solùm autem ei, qui mutuo dedit, sed & successoribus eius, actio deneganda est <sup>g</sup>: neq; solùm filio, verum etiam filiofamiliâs, nepoti neptiq; <sup>tc</sup>. exceptione hac perpetua succurritur <sup>h</sup>: imò patri quoq; succurritur, & fideiussori, & mandatori <sup>i</sup>, & hæredi filij,

g. d. l. item si filiusfam. §. non solùm.  
 h. l. 9. sed si paterfam. §. hoc Senatusconsultum. & l. 14. filium. b. tit. d. l. 6. si filius. C. eo.  
 i. d. l. sed si paterfam. §. non si pa-



- k. d.l. item si filiusfa. §. quā-  
quām.
- l. d.l. sed si paterfa. §. hoc  
Senatusconsultum.
- m. l. 15. nihil interest. h. tit.
- n. d.l. itē si filiusfa. §. quod  
dicitur. l. 5. Macedoniani. C.  
eo.
- o. d.l. item si filiusfa. §. pen.
- p. d.l. item si filiusfa. §. pen.  
l. vlt. in prin. C. eo.
- q. d.l. sed si paterfa. §. pen.  
l. 2. l. 4. & l. vlt. in prin. C. eo.
- r. d.l. item si filiusfa. §. fin.  
& d.l. 2. C. eo.
- s. d.l. sed si paterfa. in prin.
- t. d. item si filiusfam. §. sed  
et si filiusfa. & 17. filiusfa. h.  
tit. l. 2. C. eo.
- u. l. vlt. §. fin. C. h. tit.
- x. d.l. 3. in prin. h. tit. d. l.  
2. C. eo.
- y. l. pen. h. tit. l. 1. et 2. C. eo.
- z. l. 18. creditorem. h. tit.
- si paterfamiliās decesserit, & patri eius, si fi-  
liusfamiliās decesserit<sup>k</sup>: nec interest, consum-  
pti sint nummi, an extent in peculio<sup>l</sup>: priua-  
tus crediderit, an ciuitas<sup>m</sup>.
- IIII. Cessat tamen Senatusconsultum, si  
filiusfamiliās in legatione, vel studiorum cau-  
sa absens, mutuum acceperit, & probabilem  
modum non sit egressus<sup>n</sup>, si mutuo filius acce-  
pit, vt ei Creditori solueret, quem exceptio-  
ne submouere non poterat<sup>o</sup>, si pater eius ra-  
tum habeat, vel soluere coepit<sup>p</sup>, vel ab initio pa-  
tris accessit voluntas<sup>q</sup>, si ipse paterfamiliās fa-  
ctus debitum agnouit, & nouauit vel soluit<sup>r</sup>,  
vel rem pignori dedit<sup>s</sup>: si patre fortè relegato,  
aut longo tempore absente, filius in eam cau-  
sam mutuam pecuniam acceperit, quæ patris  
oneribus incumberebat, puta, vt pro sorore sua  
in dotem daret<sup>t</sup>: item si mutuo accipiens mi-  
les sit<sup>u</sup>.
- V. Cessabit etiam Senatusconsultū, si Cre-  
ditor, mutuo accipientem, credebatur esse pa-  
tremfamiliās, quia publicè paterfamiliās ple-  
risq; videretur<sup>x</sup>, nec scire potuit esse filiumfa-  
miliās<sup>y</sup>: cū verò contra Senatusconsultum  
filiofamiliās mutuo datum, filiusq; mortuus  
est, nec fideiussor accipi potest, quia nulla ob-  
ligatio aut ciuilis aut naturalis superest,  
nisi peculiarem obligationem  
patris spectes<sup>z</sup>.



LIBER

TIT. I. DE PECULIO.  
LIBER DECIMVS QVINTVS.

53.

Disputat. I. Respond. Crispinus Beckslager, Bartensteinensis, Borussus.

De Peculio: Tit. I.

1. 2. *Variae actiones competunt eorum nomine qui in potestate sunt.*  
3. 4. *In potestate esse quomodo accipiamus?*  
5. 6. 7. 8. 9. *Peculium quomodo accipiamus?*  
10. 11. 12. *Dominus debitum suum de peculio deducit.*  
13. 14. 15. *Actio de peculio quomodo exerceatur?*

I. **O**Mnino autem id egerunt Romani legumlatores, ut qui contraxit cum eo, qui in aliena potestate est, etiam si deficient superiores Actiones, Exercitoria, Institoria, Tributoriaue, nihilominus tamen, in quantum ex bono & æquo res patitur, suum consequatur <sup>a</sup>.

II. Siue enim iussu eius, cuius in potestate sit, negocium gestum fuerit, in solidum eo nomine iudicium pollicetur Legislatores, siue non iussu, sed tamen in rem eius versum fuerit, eatenus introducit actionem, quatenus in rem eius versum fuerit, siue neutrum eorum sit, De peculio actionem constituit <sup>b</sup>.

III. Potestatis verbum, etiam in actione de peculio, communiter accipiendum est, tam in filio, quam in seruo, nec magis dominium spectandum, quam facultas habendi eos: non enim solum seruorum propriorum nomine conueniemur, item communium, verum eorum quoque, qui bona fide nobis seruiunt, siue liberi sint, siue alieni serui <sup>c</sup>: imò etiam si usumfru-

*a. l. i. §. Quod cum eo qui in alie. pot. est. nego. gest. esse dicetur. l. i. in prin. b. tit.*

*b. d. l. i. §. Quod cum eo qui in alie. pot.*

*c. d. l. i. §. fin. b. tit.*

H 3 ctum

- d. l. 2. b. tit. Etum tantum vel vsum in ijs habeamus, quatenus tamen per eos acquirimus, & obligamur<sup>d</sup>.
- e. l. 3. §. parui autem. b. tit. IIII. Parui refert etiam, seruus quis masculi an mulieris fuerit: nam de peculio & mulier conuenietur, & impuberes quoq; domini de peculio obligantur<sup>e</sup>: imò de eo etiam, de peculio actio competit, quod cum seruo hæreditario contractum est, ante hæreditatem aditam<sup>f</sup>.
- f. d. l. 3. in prin. b. tit. V. Peculium est, non id cuius seruus seorsim à Domino rationem habuerit, sed quod Dominus ipse separauerit, summa singulari serui rationem, à suis rationibus discernens: nam cum serui peculium totum adimere, vel augere, vel minuere Dominus possit, animaduertendum est, non quid seruus, sed quid Dominus, constituendi seruilis peculij gratia, fecerit<sup>g</sup>.
- g. l. 4. peculium est. in prin. & §. 1. l. 5. depositi. §. fin. cum l. seq. & l. 46. qui peculij. b. tit. VI. Si ære alieno dominico exhauriatur peculium serui, res tamen in causa peculiari manent: nam & si aut seruo donasset debitum Dominus, aut nomine serui, alius Domino intulisset, peculium suppletur, nec est noua concessione Domini opus<sup>h</sup>. & scire utiq; non res singulas peculiare, Dominus debet, sed *παχυμερέστερον*<sup>i</sup>.
- h. d. l. 4. peculium est §. si ære alieno. VII. In peculio autem res esse possunt omnes, & mobiles, & soli: vicarios quoque seruos, seruus potest in peculio habere, & vicariorum peculia: hoc amplius & nomina Debitorum: sed & id quod Dominus sibi debet, in peculio habebit, si fortè in Domini rationem impendit, & Dominus ei Debitor manere voluit,
- i. l. 7. quam Tuberonis. §. scire autem. b. tit.



luit, aut si debitorem eius Dominus conuenit<sup>k</sup>.

*k. dl. 7. quam Tuberonis.*

*§. fin. h. tit.*

VIII. Consistit etiam peculium ex eo, quod parsimonia sua quis parauit, vel officio meruerit à quolibet sibi donari, idq; velut proprium patrimonium, seruum habere quis voluerit<sup>l</sup>:

*l. l. 39. peculium. & ex eo. h. tit.*

& in summa peculium nascitur, moritur, crescit, decrescit, acquisito aliquo, vel alienato aut perditio<sup>m</sup>: attamen quoties Dominus aliquid in peculium concedit, naturalem datio-

*m. l. 40. peculium nascitur. in prin. & §. fin. h. tit.*

*n. l. 8. non statim. h. tit.*

IX. Peculij etiam id vestimentum esse incipit, quod ita dederit Dominus, vt eo vestitu seruum perpetuò vti vellet, eoq; nomine ei traderet, vt quis alius eo vteretur, idq; ab eo eius vsus gratia custodiretur: sed quod vestimentum seruo Dominus ita dedit vtendum, vt non semper, sed ad certum vsu, certis temporibus eo vteretur, veluti cum sequeretur eum, siue cænanti ministrabit, id vestimentum non est peculij<sup>o</sup>.

*o. l. 25. id vestimentum. h. tit.*

X. Peculium autem deducto eo, quod Domino debetur, computandum est: quia præuenisse Dominus, & cum seruo suo egisse creditur, vt ipsi ante omnia soluatur: imò deducendum etiam hoc est, si quid his personis debetur, quæ sunt in potestate Domini: præterea id etiam deducetur, quod his personis debetur, quæ sunt in tutela vel cura Domini, vel Patris, vel quorum negocia administrant, dummodò do-

*p. l. 9. sed si damnum. §. peculium autem. cum §. seq. l. 11. si noxali. §. fin. cum §. ll. seqq. l. 49. non solum. in prin. & §. seqq. h. tit.*

XI. Siue autem ex contractu quid Domino

mino

q. d. l. sed si damnum. §. si-  
ue autem. l. 27. et ancillarum.  
§. constat. h. tit.

r. d. l. sed si damnum. §. i-  
tem deducetur. cum §. fin. &  
2. responsis seqq. h. tit.

s. d. l. ii. si noxali. §. est au-  
tem. cum §. seq. h. tit.

t. d. l. si noxali. §. quod au-  
tem deduci.

u. l. 21. summa. in prin. &  
aliquot responsis seqq. l. 26. si  
semel. h. tit.

x. l. 29. si quis seruum. §.  
fin. h. tit.

y. tex. elegans. in prin. tit.  
I. quod cum eo qui in aliena  
pot. est.

z. l. 27. & ancillarum. in  
prin. h. tit.

a. l. 30. quæsitum. in prin.  
b. tit.

b. d. l. quæsitum. §. si cum.

mino debeat, siue ex rationum reliquis, de-  
ducit Dominus: sed etsi ex delicto ei debeat,  
vtputa ob furtum quod fecit, aequè deduce-  
tur, attamen ipsa tantum furti æstimatio, id  
est, id solum, quod Domino abest, deduci de-  
bet q: item deducetur de peculio, si quid Do-  
minus serui nomine obligatus est, aut præsti-  
tit obligatus r.

XII. Quod tamen Dominus semel deduxit,  
cum de peculio conueniretur, siquidem abstu-  
lit, non debet amplius deducere, si verò ean-  
dem positionem peculij reliquit, deducere de-  
bebit s: sed & deductio locum non habet, si a-  
liunde Dominus, id quod sibi à seruo debetur,  
consequi potest t, vel si dolo malo fecit, quo  
minus in peculio esset u.

XIII. Datur autem in Dominum de pecu-  
lio actio, etiam si prohibuerit dominus contra-  
hi cum seruo x: neq; tantum filiorum familiãs  
vel seruorum nomine, Pater vel Dominus te-  
nentur y, sed etiam filiarum familiãs & ancilla-  
rum nomine, puta si qua sarcinatrix aut tex-  
trix erit, aut aliud artificium vulgare exerce-  
at, vel si apud hæc personas deponatur quip-  
pam z.

XIII. Tenebit etiam de peculio actio, etiam si  
nihil, cum ea intenditur, sit in peculio, si mo-  
dò sit rei iudicatæ tempore a: Sed si cum eo de  
peculio agatur, qui ex parte hæres est Domi-  
ni vel Patris, de eo duntaxat condemnandus  
erit, quod apud eum hæredem sit b.

Si se-

XV. Si semel actum sit de peculio, quamuis minus inueniatur rei iudicatae tempore, in peculio, quam debetur, tamen cautionibus locum esse non placuit, de futuro incremento peculij: hoc enim in Pro socio actione locum habet, quia socius vniuersum debet c.

c. l. 47. quoties. §. si semel. h. tit.

Disputat. II. Respond. Iacobus Ritter, Bokelwitzensis.

Quando de peculio actio annalis est: Tit. 2.

1. 2. Actio de peculio annalis est, cum filius vel seruus desit in potestate esse.
3. 4. Annus quomodo computetur, et quando minori tempore huic actioni praescribatur?
5. Peculij aestimatio etiam post mortem filij vel serui initur.

I. EST autem de peculio actio perpetua quidem, quam diu filius vel seruus in potestate est, sed post mortem Patris vel Domini, vel postquam filius emancipatus, alio modo patria potestate liberatus, aut seruus manumissus alienatusue fuerit, temporaria esse incipit, id est, annalis a.

a. l. 1. in prin. et §. 1. cum §. alienatio. h. tit. l. 27. et ancillarum. §. si seruus. s. de peculio. l. 7. ei qui seruo. in pr.

II. In alienatione venditionem & caeteras transferendi dominij causas comprehendimus b: imò usufructu quoque extincto, intra annum tantum, aduersus Usufructuarium, actio de peculio competit c.

C. quod cum eo, qui in alie. potesta. est nego. gest. esse dicitur. b. d. l. 1. §. in alienatione. cū seq. h. tit.

III. Annus autem utilis computabitur, & ideò si conditionalis sit obligatio, non ex eo computandus erit annus, quo obligatus est, sed ex quo peti potuit, conditione existente d: sed si errore deceptus, quasi annus praeterierat,

c. d. l. 1. §. usufructu.

d. d. l. 1. §. annus autem.

I rat,

e. d. l. r. §. fn.

rat, exceptione repulsus sis, comperto errore, rursus agere tibi permittetur c.

f. l. 2. h. tit.

IIII. Non alia tamen, post mortem filij, annua est aduersus patrem actio, quam quæ uiuo filio perpetua futura fuisset: ideoq; si ex causa redhibitoria erat de peculio actio, sex mensium erit post mortem filij: & rursus si seruus vel filius, cui creditum est, apud hostes sit, de peculio actio anno non finitur, quam diu captiuus postliminio reuerti potest f.

g. l. ult. h. tit.

V. Definitione autem peculij etiam post mortem filij serui utendum est, cum actio de peculio intra annum datur: nam & tunc & accessio & decessio quasi peculij recipienda erit, quamquam morte filij vel serui iam desijt esse peculium, ut possit ei accedere ut peculio, fructibus vel pecorum foetu, ancillarumq; partibus, & decedere, veluti si mortuum sit animal, vel alio quolibet modo perierit g.

### De in rem verso: Tit. 3.

1. Actio de in rem verso quo casu competat?

2. 3. 4. 5. Versum quomodo intelligatur, & quid si prius in peculium versum sit, vel in peculio tantum sit.

6. 7. Necessario versum quomodo intelligatur?

8. 9. 10. Si non necessario versum sit?

11. 12. An partis non versæ, vel usurarum nomine, vel post solutionem quis teneatur?

I. **S**i hi qui in potestate aliena sunt, nihil in peculio habent, vel habeant, non in solidum tamen, tenentur qui eos habent in pote-

potestate, si in rem eorum, quod acceptum est, conuersum sit, quasi cum ipsis potius contractum videatur: atq; hæc actio De in rem verso multis casibus utilior est quam illa de Peculio <sup>a.</sup>

II. In rem autem versum videtur, siue id ipsum, quod seruus accepit, in rem Domini conuertit, veluti si triticum acceperit, & id ipsum in familiam Domini, cibariorum nomine consumpserit, siue verò prius in peculium vertit, mox in rem Domini, vt negocium Domini gereret siue administraret, puta si mutuat<sup>us</sup> sit pecuniam, vt frumentum compararet ad familiam alendam, vel vestiendam <sup>b.</sup>

III. Placuit autem toties pecuniam in rem Domini versam videri, quæ prius fuit in peculio, quoties seruus rem Domini gerens, locupletiore<sup>m</sup> eum facit nummis peculiaribus: aliqui si seruo peculium Dominus adimat, vel si vendat eum cum peculio, vel rem eius peculiarem, & precium exigat, non videtur in rem versum <sup>c.</sup>

IIII. Sed nec eo ipso, quòd seruus in peculio rem habeat, locupletior Dominus existimatur, aut in rem eius versum intelligitur <sup>d.</sup> & si donauerit seruus Domino rem peculiarem, actio de in rem verso cessabit <sup>e.</sup>: Planè si mutuū seruus acceperit, & donandi animo soluit, dum non vult eum debitorem facere peculiarem, de in rem verso actio est <sup>f.</sup>

SYNOPSIS THES. AD PAND. LIB. XV.

V. Pecunia etiam, quam seruus in hoc mutuatus fuerit, ut creditori suo solueret, non intelligitur in rem Domini versa, quamvis actione de peculio, liberatus sit Dominus g.

g. l. ii. quod seruus. h. tit.

VI. In rem itaque Patris vel Domini versum existimatur, quod necessario vel utiliter, & quasi ex voluntate eorum, in negocijs eorum gestum, vel rebus eorum impensum est: puta si seruus odores & unguenta emerit, & ad funus erogauerit, quod ad Dominum suum pertinebat h.

h. d. l. et ideo. §. illud plane.

VII. Item si filius familiæ pecuniam mutuatus, pro filia sua vel nepte, aut sorore, in dotem dederit, in rem versum patris videtur, quatenus auus daturus fuit, dummodo sic dedit, ut patris negocium gerens: idem est, si uxori suæ filiæ familiæ, quæ ipsa se, aut quam pater alere debebat, credidit maritus, sitque ad ea id creditum erogatum, sine quibus aut se tueri, aut seruos paternos exhibere non posset k.

i. d. l. et ideo. §. fin. cum  
2. ll. seqq. h. tit.

k. l. pen. in prin. et l. fin.  
h. tit.

l. d. l. §. si res domino. §.  
fin. h. tit.

m. d. l. 3. §. sed si sic accepit. h. tit.

VIII. Si res Domino non necessarias seruus emerit, quasi necessarias, hætenus videbuntur in rem eius versæ, quatenus rerum earum precium facit l: Si mutuam pecuniam sic accepit, quasi in rem Domini verteret, nec vertit, & deceptit Creditorem, non videtur versum, nec tenetur Dominus, ne credulitas Creditoris Domino obsit, vel calliditas serui noceat: Creditor igitur curiosus esse debet, quò vertatur m.

Si

IX. Si seruus mutua pecunia accepta domum dominicam exornauit tectorijs, & quibusdā alijs, quæ magis ad voluptatē pertinent, quàm ad vtilitatem, non videtur versum, nisi fortè mandatum Domini, aut voluntatem habuit: non enim debet ex eo onerari Dominus, quod ipse facturus non esset, attamen pati debet Dominus, Creditorem hæc auferre, sinè domus suæ videlicet iniuria n.

n. d.l. 3. §. sed si mutua. cum 2. seqq.

X. Et regulariter dicimus, toties de in rem verso esse actionem, quoties Procurator mandati, vel qui negocia gessit, negociorum gestorum haberet actionem, quotiesq; aliquid consumpsit seruus, vt meliorem rem Dominus haberet, aut non deteriorem o.

o. d.l. 3. §. & regulariter. cum seqq.

XI. In rem autem versum videtur, prout aliquid versum est: proinde si pars versa est, de parte erit actio: non promissæ tamen vsuræ, non debebuntur: sed si contemplatione Domini pecuniam dedi, non gerenti seruo negocia Domini, sed ipse gerens, negociorum gestorum actione, potero etiam de vsuris experiri p.

p. l. 10. si pro parte. §. in rem autem. b. tit.

XII. Versum etiam accipimus, vt duret versum: & ita demùm de in rem verso competit actio, si non sit à Domino seruo solutū, vel filio: si tamen in necem Creditoris, perdituro seruo, vel filio solutum sit, desinit quidem versum, æquissimum autem est, de dolo malo aduersus Patrem vel Dominum competere actionem q.

q. d. l. si pro parte. §. versum autem.

I 3

Quod

## Quod iussu: Tit. 4.

1. 2. 3. Quod iussu actione tenentur Pater & Dominus, & quomodo iussum accipiamus?  
 4. 5. 6. 7. 8. 9. Quando eximatur quis ab hac actione?  
 10. 11. Quatenus liceat filio vel seruo alienare res peculiares?

a. l. 1. in prin. & l. 2. §. 1. b. tit.

b. §. si igitur. I. Quod cum eo, qui in alie. pot. est. nego. gest. esse dicitur.

c. d. l. 1. §. iussum autem.

d. d. l. 1. §. sed etsi mandauerit. & fa. l. 8. si mandator.

e. C. quod cum eo, qui in alie. pot. est.

f. d. l. 1. §. sed etsi serui.

g. d. l. 1. §. si ratum.

h. l. 2. in prin. b. tit.

i. d. l. 1. §. fin.

k. d. l. 1. §. si pupillus.

l. d. l. 1. §. fin. et l. pen. b. tit.

m. d. l. 1. §. si iussu.

n. l. vlt. §. vlt. b. tit.

I. **M**erito autem ex iussu Domini vel Patris, in solidum aduersus eum iudicium datur, quia quodammodo cum eo contrahitur, qui iubet <sup>a</sup>, cum fidem eius sequatur, qui ita contrahit <sup>b</sup>.

II. Iussum autem accipiendum est, siue testato quis, siue per epistolam, siue verbis, aut per nuncium, siue specialiter in vno contractu iusserit, siue generaliter: & ideo is etiam, qui sic contestatus est, quod voles, cum seruo meo vel filio negocium gere periculo meo, videtur ad omnia iussisse, nisi certa lex aliquid prohibet <sup>c</sup>.

III. Sed etsi mandauerit Pater, Dominusue, videtur iussisse <sup>d</sup>: & si subscripserit chirographo tenetur Quod iussu <sup>e</sup>: item si ratum habuerit <sup>f</sup>: idemque est, si Tutor iusserit <sup>g</sup>, vel Curator <sup>h</sup>, vel si Pupillus Tutore authore iusserit <sup>i</sup>, si verus Procurator iusserit <sup>k</sup>, si fructuaris vel is, cui bona fide quis seruit, iusserit <sup>l</sup>.

III. Si vnus ex serui Dominis, iussit contrahi cum eo, is solus tenebitur: sed si duo iusserint, cum quouis in solidum agi potest, quia similes sunt duobus mandantibus <sup>m</sup>.

V. Quod si igitur mandator pro filio tuo  
 exti-



extitisti, vel iussu tuo, cum eo, quem in potestate tunc habuisti, contractum est, intelligis & forti, & vsuris te parere oportere, si te his omnibus obligasti, ut res, quæ pignoris iure detinentur, liberari possint<sup>n</sup>.

VI. Haftenus tamen tenebitur quis solummodò, quatenus iussit<sup>o</sup>: ideoq; qui iussit filio suo vel seruo, semissibus vsuris pecuniam mutuam credi, etiam si grauioribus vsuris credita pecunia sit, ad semisses tantùm tenetur: sed nec pignoris obligatio locum habebit in his prædijs, quæ seruus non ex voluntate Domini obligauit P.

VII, Sed & reuocare iussum quis potest, quemadmodùm si mandasset, & postea contraria voluntate ante contractum reuocasset, & mandatarium certiorasset q: & rursus si fideiusserit Dominus pro seruo, non tenebitur quod iussu, quia quasi extraneus intercesserit r: idem est, si cum alieno seruo meo iussu contractum sit, licet eum postea redemero f.

VIII. Si Dominus vel Pater pecuniam mutuam accepturus, iusserit seruo vel filio numerari, quia cum seruo vel filio contractum non est, sed cum ipso patre vel Domino, nulla questio est, quin ipsi Patri vel Domino condici possit, imò hoc casu de iussu actio nõ cõpetit t.

IX. His omnibus consequens est, si seruus Domino, vel filius Patri emit, siquidem ex voluntate eius emit, posse agi Quod iussu<sup>u</sup>: si verò non ex voluntate, siquidem rati habitio sit secuta etiam Quod iussu<sup>x</sup>: vel si a loqui re necesse-

n. l. 8. si mandator. in prin.  
C. Quod cum eo, qui in alien. potest. est.

o. d. l. si mandator. in prin.

p. l. 3. h. tit.

q. d. l. 1. §. sed ego quaero. h.

r. d. l. 1. §. quid ergo. & d. l. si mandator. §. fin.

s. d. l. 2. §. fin. h. tit.

t. l. vlt. in prin. h. tit.

u. l. si res domino. §. quod seruus. s. de in rem verso.

x. d. l. 1. §. si ratum. h. tit.

cessa-

y. d.l. si res domino. §. quod  
 seruus. & l. 7. et ideò. §. illud  
 planè. & §. fin. cum l. seq. §.  
 De in rem verso.  
 z. l. 1. & tot. tit. §. de exer-  
 cito. ad. et l. 1. ac toto tit. §. de  
 inflito. ad. & C. de inflito. et  
 exercito. ad. §. eadem ratio-  
 ne. I. Quod cum eo, qui in a-  
 lie. pot. est. nego. gest. esse dici.  
 a. d.l. si res domino. §. quod  
 seruus.  
 b. §. præterea. cum 3. seqq.  
 I. d. tit. quod cum eo, qui in a-  
 lie. pot. est.  
 c. l. 10. si liberam. in prin. C.  
 quod cum eo, qui in alie. pot.  
 est. & fa. l. 46. qui peculi. &  
 l. 48. libera. §. de pecul.  
 d. l. 28. contra iuris. §. fin.  
 ubi notat. gl. et Dd. §. de pact.  
 e. d.l. si liberam. §. 1.

cessariã vel vtilem emit, De in rem verso actio-  
 nem esse y, si naui vel negociationi filius vel  
 seruus præpositus sit, Exercitoriam vel Insti-  
 toriam actionem competere z: si verò nihil ho-  
 rum est, de peculio est actio a: quæ tamen in pri-  
 oribus etiam casibus competit, sed deliberan-  
 dum est, qua actione magis expediat experi-  
 ri b.

X. Sanè qui liberam habet peculiij admini-  
 strationem, vendere rem peculiarem potest, a-  
 liosq; celebrare onerosos contractus c: attamen  
 donandi, aut debitorem peculiarem, per acce-  
 ptilationem vel pactum de non petendo, libe-  
 randi potestatem non habet d.

XI. Sed si filius vel seruus, non habens libe-  
 ram peculiij administrationem, rem peculia-  
 rem, ignorante Patre vel Domino distraxerit,  
 neq; dominium, quod non habet, transferre  
 potest, neq; emptor conditionem eius sciens,  
 iustum possessionis initium accipit: & ideò lon-  
 gi temporis quoq; præscriptio, emptori non  
 prodest, sed qui rem mobilem ita emitt, eti-  
 am furti tenebitur e.

## LIBER DECIMVS SEXTVS.

Disputat. I. Respond. Paulus Tækius, Kiloniensis, Holsatus.

## Ad Senatusconsultum Velleianum: Tit. 1.

1. 2. Velleiano S Cto. mulieribus subuentum est pro alijs intercedentibus: & quo-  
 modò eis subuentum sit.  
 3. 4. 5. In quibus obligationibus mulieri subueniatur?

Quan-

6.7.8.9.10.11.12. Quando & contra quos huius S Cti. remedium competat ?  
 13.14.15.16. Quibus casibus cesset exceptio S Cti. huius ?

I. Velleiano Senatusconsulto plenissimè comprehensum est, ne pro vlllo foeminae intercederent: nam sicut moribus ciuilia officia adempta sunt foeminis, & pleraq; , quæ in ciuilibus seu publicis officijs foeminae gesserint, ipso iure non valent, ita multò magis adimendum eis esse visum fuit id officium, in quo non sola opera, nudumq; ministerium earum versaretur, sed etiam periculum rei familiaris <sup>a</sup>.

II. Ita autem ex Senatusconsulto Velleiano mulieri succurritur, vt in veterem debitorem, aut in eum, qui pro se constituit mulierem Ream, vetus Actio detur <sup>b</sup>, quæ, quia quasi extincta restituitur, Restitutoria <sup>c</sup>, alibi etiam utilis actio vocatur <sup>d</sup>: detur autem mulieri, si ea conueniatur, exceptio huius Senatusconsulti <sup>e</sup>.

III. Porrò omnis omnino obligatio Senatusconsulto hoc Velleiano comprehensa censetur, siue verbis, siue re, siue quocunq; alio contractu intercesserit: adeo vt neq; maritum, neq; filium, neq; patrem permittatur mulieri defendere <sup>f</sup>: pignoris quoq; datio pro intercessione habetur, locumq; facit Senatusconsulto <sup>g</sup>: neq; distinguitur an pro veteri, an pro noua obligatione mulier intercesserit <sup>h</sup>.

IIII. Locum etiam habet Velleianum hoc Senatusconsultum, siue eam obligationem,   
 K quæ

a. l.1.in prin.& l.2.in prin.  
 b.tit.

b. l.1.in fine.l. 8. quamuis.  
 §. quoties. h. tit.

c. d.l.8.quamuis. §. quoties.  
 es. cum §. seq. et §. quanquam.  
 cum 2. §§. seqq. l. 9. sed si pro  
 alieno. l. 13. aliquando. §. fin.  
 cum l. seq. l. 20. si pro vno. l.  
 23. debitor. §. 1. & §. fin. l.  
 vlt. §. vlt. h. tit. l. 16. si mulier.  
 C. eo.

d. d.l. quamuis. §. quoties.

e. l. 6. si fideiussores. cum l.  
 seq. & d.l. 8. quamuis. §. si mu-  
 lier apud primum. cum §. seq.  
 & passim toto hoc tit.

f. d.l. 2. §. fin. h. tit. l. 3. C. eo.

g. d.l. 8. quamuis. in prin.  
 h. tit.

b. l. 18. foeminis. C. b. tit.

i. l. 4. Senatusconsultum. in  
prin. l. 19. cum ad eas. C. b. ti.

k. d. l. 2 in prin. §. fin. b.  
tit. §. l. 2. 3. §. 4. C. eo.

l. l. 6. si fideiussores. et l. 16.  
si mulier contra. §. fin. l. 30. si  
decipiendi. §. fin. b. tit. l. 14.  
mulierem. §. l. 15. si vxor. C.  
eo.

m. l. 24. debitor. §. 1. b. tit.

n. d. l. 13. aliquando. §. fin.  
b. tit.

o. d. l. 3. quamuis. §. quoties.  
b. tit.

p. l. 20. si pro vno. b. tit.

quæ in alterius persona constitit, mulier in se transtulit, vel participavit, siue cum alius pecuniam acciperet, ipsa se ab initio pro alio reâ constituit: idq; in istis etiam casibus ita receptum est, cum res suas mulieres pro alijs pignori dant i.

V. Sicut autem subuenitur mulieri ex Velleiano hoc Senatusconsulto, siue fideiusserit pro alio, siue ex promissione facta, alterius obligatione in sese susceperit, vel corream se pro alieno debito constituerit k, ita quoque non tantum ipsi mulieri, quæ contra Senatusconsultum intercessit, subuenitur, sed etiam fideiussoribus eius, etiamsi à muliere rogati non sint, & actionem mandati aduersus mulierem non habeant: quia totam obligationem Senatus hic improbat l:

VI. Statim autem, cum mulier intercesserit, & Senatusconsulti beneficium interuenerit, actio in priorem debitorem reddenda est m: imò si sub conditione, vel in diem, mulier pro alio intercesserit, etiam pendente conditione volenti creditori, contra priorem debitorem, actio danda est Restitutoria, cum in ea causa sit prior iste debitor, vt omnimodò ipse debeat suscipere actionem n.

VII. Reddeur etiam in priorem debitorem, pro quo mulier intercessit, pristina actio, etiamsi ille prius acceptilatione liberatus sit, quam mulier intercesserit o: quòd si pro vno reo debendi intercesserit mulier, aduersus vtrumq; restituitur actio creditori p: sed si apud alterum

rum tantum correum credendi seu stipulandi, mulier intercessit, illi solummodo restituetur obligatio, apud quem intercessit q.

q. d.l. quamuis. §. quanquã.

VIII. Hæredibus quoq; mulieris aduersus creditores eadem exceptione, quæ ex Senatusconsulto hoc Velleiano introducta est, subuenitur r: sicut è contra restitutoria etiam illæ actiones, & hæredibus, & in hæredes dantur, quia rei persecutionem continent f.

r. l. 20. hæredes. C. eo. & d.

l. quamuis. §. si mulieri hæres.

s. l. 10. hæ actiones. b. tit.

IX. Neq; verò in intercessionibus tantum, hæc locum habent, verum etiam, si post intercessionem fortè, soluerit mulier, Senatusconsulti beneficio munitam se ignorans, repetitioni locus erit t: imò illi etiam mulieri, quæ contra Senatusconsultum Velleianum obligata, debitorem suum delegauit, condictio dabitur, ut, quemadmodum solutam ex intercessione pecuniam reddere, ita delegatum debitorem rursus delegare, cogatur Creditor u.

t. l. 9. quamuis. C. eo.

u. d.l. 8. quamuis. §. interdum b. tit.

X. Quod si mulier, rem à se per intercessionem pignori datam, repetat, fructus etiã liberos recipiet, & si res deterior facta fuerit, æstimatio huius debebitur x: sed etsi Creditor pignus, p intercessionem accepit, vèdiderit, petitio quoq;

x. l. 32. si mulier hæredita-  
tem. §. 1. b. tit.

mulieri, aduersus bonæ fidei emptorè dāda erit y. y.

d. l. si mulier hæredita-

XI. Illud quoq; , ab Imperatore Iustiniano, specialiter est constitutum, quòd siue à me, siue

tem. §. sed si creditor. l. 7. s. sciens. C. eo.

ab alio pro me, fiat donatio propter nuptias uxori meæ, vel si res dotales habeat mulier, quod ex ea causa est immobile, ego non tantum id alienare nequeam, sed nec mulieris quicquam ad hoc proficiat consensus, quò minus

- z. *Auth. siue à me. C. hoc tit.* mulieri detur in rem actio, ad sponsaliti-  
 § *si quis igitur. N. 61. vt immo* lam largitatem, soluto matrimonio recupe-  
*bilis antenupt. donatio.* randam <sup>z</sup>.
- a. *Auth. si qua mulier. C. eo.* XII. Item si qua mulier crediti instrumen-  
 § *et illud verò. N. 134. vt nul-* to consentiat, proprio viro, aut subscribat, &  
*li iudicum liceat habere loci* propriam substantiam aut se ipsam obligatam  
*seruatorem. vide And. Geyl.* faciat, quod nullatenus hoc valere debeat, si-  
*pract. obseruat. lib. 2. obs. 89.* ue semel, siue multoties hoc pro eadem causa  
 & *obs. 90.* fiat, siue priuatum siue publicum sit debitum,  
 b. *l. 3 4. & 5. l. 11. si mulier* sed ita haberi debere, quasi neq; factum esset  
*tanquam. l. 13. aliquando. in* quicquam, neq; scriptum, nisi manifestè pro-  
*prin. l. 21. si pro aliquo. in pr.* betur, quòd pecuniæ in propriam ipsius mu-  
*l. 24. debitor. in prin. l. 25. si* lieris substantiam expensæ sint <sup>a</sup>.  
*domina. l. 27. bona fide. §.* XIII. Fit enim sæpè, vt beneficio Senatus-  
*fin. cum l. seq. h. tit. l. 2. l. 10. si* consulti Velleiani locus non sit, inter quos ca-  
*aduersarius. C. eo.* vir vxori in prin. et §. 1. l. 10. sus iste in primis reperitur, si mulier suum ne-  
 c. *d. l. 8. quamuis. §. 1. l. 17.* gocium proprium gerat <sup>b</sup>: deinde verò illi ca-  
*vir vxori. in prin. et §. 1. l. 10.* sus annumerantur, si nouam obligationem  
*tutor. in prin. & 2. §. seqq. h.* mulier contrahat <sup>c</sup>: si intercessura, statim de-  
*tit. l. 6. si mater. C. eo.* bitorem suum delegauit <sup>d</sup>: vel statim soluit <sup>e</sup>:  
 d. *d. l. quamuis. §. planè si* si pecuniam mulieri dederim, vt eam Credito-  
*mulier. h. tit.* ri meo soluat, vel expromittat <sup>f</sup>.  
 e. *l. 1. l. 4. in fine. l. 9. quam-* XIII. Idem est, si in rei communis causa, sese  
*uis. in prin. C. h. tit.* obliget mulier, necessitate id postulante <sup>g</sup>: si li-  
 f. *l. 15. si mulieri soluero. &* beraliter quid fecit, veluti ne iudicatus pater  
*d. l. 16. si mulier contra. in pr-* eius, propter solutionem vexetur <sup>h</sup>: si callidi-  
*cum l. 22. si mulieri dederim.* tate sua creditorem decipere voluit, puta hæ-  
*l. 27. bona fide. in prin. h. tit.* redem se mentita, cum sciret se hæredem non  
*l. 23. antiquæ. in prin. C. eo.* esse <sup>i</sup>: deceptis enim non decipientibus, neq;  
 g. *d. l. 17. vir vxori. §. pen.* callidè versantibus, hoc Senatusconsulto sub-  
 & *ult. cum l. seq. h. tit.* uenitur <sup>k</sup>: decipere autem, tum quoq; vide-  
 h. *d. l. 21. si pro aliquo. §.* bitur, si cum scit se non teneri, intercesserit <sup>l</sup>.  
*fin. h. tit.* Cessat  
 i. *l. 23. si mulier in iure. h. tit.*  
 k. *l. 2. §. verba. l. 11. si muli-*  
*er tanquam. & l. 29. quidam.*  
 § *si. l. ult. in pr. h. t. l. 17. si cum*  
 pater. C. eo. *l. l. 30. si decipiendi. in prin. h. tit. l. 1. C. eo.*

XV. Cessat etiam beneficium Senatuscon-  
sulti Velleiani, si mulier filiam suam dotare  
volens, genero res suas obligauit<sup>m</sup>: vel si re-  
nunciatum sit Senatusconsulti beneficio: in  
quo tamen obseruandum est, quòd generalis  
renunciatio trahatur ad ea tantum, super  
quæ interposita est<sup>n</sup>.

*m. l. 12. si dotare. & l. vlt. C. h. tit.*

*n. l. 20. iubemus. C. h. tit. & fa tex. in l. pen. & l. vlt. §. vlt. b. tit.*

XVI. Item cessat hoc Senatusconsultum, si  
pro libertate intercesserit mulier: & denique  
ex Iustiniani constitutione ipso iure nulla ha-  
betur intercessio, neq; aliter beneficio hoc Se-  
natusconsulti Velleiani opus est, quàm si in  
instrumento publico, à tribus testibus confi-  
gnato, conscripta sit intercessio<sup>o</sup>.

*o. d. l. 23. antiquæ. §. fin. C. h. tit.*

De Compensationibus: Tit. 2.

- I. *Compensatio quid, & quare introducta?*
- 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *Quis utatur compensatione & in quibus causis?*
- 12. 13. 14. 15. 16. *Vbi compensatio locum non habeat?*
- 17. 18. *Si sub usuris debeatur, vel certo loco, aut in diem?*
- 19. *Compensatio opponi debet, & quid si non sit opposita?*

I. **C**ompensatio est debiti et crediti inter  
se contributio<sup>a</sup>: ea necessaria est, cum  
inter sit nostra, potius non soluere, quàm solu-  
tum repetere<sup>b</sup>, & vt admittatur æquissimum<sup>b</sup>  
est, quippe cum is, qui sibi satis fieri ab altero  
petit, alteri quoq; satisfacere debeat, & dolo  
malo faciat, qui petit, quod restitutus est<sup>c</sup>.

*a. l. 1. b. tit.*

*b. l. 3. b. tit.*

*c. l. 44. si socer à genero. §. fin. j. de doli mal. l. 8. dolo facit.*

II. Utitur autem compensatione, non tan-  
tùm principalis Reus conuentus, sed etiam  
Fideiussor eius: adeò vt ipso iure eò minùs Fi-  
deius-

*§. de doli mal. & met. excep. l. 137. in condemnatione. §. fin.*

*§. de reg. iur. c. dolo facit. de reg. iur. in 6.*



- d. *l. 4. verum est. b. tit.* de iussor debeat, si quid ex compensatione Reus retinere potest, & sicut totum à Reo malè petitur posthabita compensatione, ita & Fideiussor non tenetur ipso iure in maiorem quantitatem, quàm Reus condemnari potest <sup>d</sup>.
- e. *l. 5. si quid. b. tit.* III. Quinimò si quid à Fideiussore petetur, æquissimum est, eligere etiam Fideiussorem, quod ipsi, an quod Reo debetur, compensare malit: sed etsi vtrumq; velit compensare, audiendus est <sup>e</sup>.
- f. *l. 2. b. tit. l. 4. si constat. cum 4. seqq. l. 10. quoniam. cum l. seq. C. eo.* IIII. Vnusquisq; etiam Creditorè eundemq; Debitorem suum, cuiuscunq; contractus, rectè summouet, si compensare paratus est <sup>f</sup>: adeò vt id etiam, quod natura debetur, in compensationem veniat <sup>g</sup>.
- g. *l. 6. etiam. b. tit.* V. Si cum filiofamiliàs, aut seruo, contracta sit societas, & agat Dominus vel Pater, solidum per compensationem seruabimus: quãuis si ageremus duntaxat de peculio præstaretur <sup>b</sup>: si cum filiofamiliàs agatur, etiam quæ patri debentur, in compensationem admittentur, si caueat patrem suum ratum habiturum, & non exacturum, quod is compensauerit <sup>i</sup>.
- h. *l. 9. si cum filiofa. in prin. b. tit.* VI. Si ambo socij parem negligentiam societati adhibuimus, dicendum est, desinere nos inuicem esse obligatos, ipso iure compensatione negligentia facta <sup>k</sup>: similiq; modo probatur, si alter ex re communi aliquid percepit, alter tantam negligentiam adhibuit, quæ eadem quantitate æstimetur, compensationem factã videri, & ipso iure inuicè liberationē competere <sup>l</sup>.
- i. *d. l. si cum filiofa. §. fin.* VIII. Procurator quoq; absentis compensationis
- k. *l. 10. si ambo. in prin. b. t.*
- l. *d. l. si ambo. §. 1. simili.*



tionis rationem habere potest, neq; debeat de rato cauere, quia non tam compensatio ipsius facti, quàm ipso iure fieri, & ab initio minus ab eo peti dicitur <sup>m</sup>: sed & in rem suam Procurator datus, post litis contestationem, si vice mutua conueniatur, æquitate compensationis vtetur <sup>n</sup>.

IX. In stipulationibus quoq; , quæ instar actionum habent, id est prætorijs, vt damni infecti <sup>o</sup>, compensatio locum habet, & tam in ipsa stipulatione, quàm in ex stipulatu actione, poterit obijci compensatio <sup>p</sup>. imò verò compensatio non solum in priuatis debitis, sed etiam in causa fisci admitti debet <sup>\*</sup>.

X. Quoties ex maleficio oritur actio, vtputa ex causa furtiua, cæterorumq; maleficiorum, si de ea pecuniariè agitur, compensatio locum habet: idem est, etsi condicatur ex causa furtiua: sed & q noxali iudicio conuenitur, compensationem opponere potest <sup>q</sup>: & ita vulgò dicitur, dolū cum dolo, delictū cū delicto compensari <sup>r</sup>.

XI. Et quidem cū antè in stricti iuris iudicijs ex rescripto Diui Marci, opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur, Iustinianus Imperator sanciuit, vt compensationes liquidorum debitorum, & quæ aperto iure nituntur, ex omnibus actionibus ipso iure fiant, & actiones ipso iure minuant, siue in rem, siue in personam, siue alias quascunq; <sup>s</sup>.

XII. Sed si debitum, quod in compensationem obiectum est, maiorem & altiore exposcet indaginé, ei<sup>o</sup> disquisitionem alteri iudicio relin-

<sup>m</sup>. l. 21. posteaquam. h. tit.

<sup>n</sup>. l. 18. in rem suam. in pr. h. tit.

<sup>o</sup>. l. 13. qui bona. §. si quis quia. j. de dam. infecto.

<sup>p</sup>. d. l. 10. si ambo. §. fin. b. t.

<sup>\*</sup>. l. 12. idem iuris. in principum l. 19. debitor. & l. vlt. h. t.

<sup>q</sup>. d. l. si ambo. §. quoties.

<sup>r</sup>. l. fin. §. si & stipulator. §. de eo per quem fact. erit, quo minus quis in iudicio sistat. l. 36. si duo. §. de dolo mal. l. 39. viro atq; vxore. j. soluto matrim. l. 4. apud Celsum. §. 13. Marcellus j. de doli mali & met. except.

<sup>s</sup>. §. in bonæ fidei. I. de act. l. vlt. C. b. tit. de compensat.

r. d.l.vlt.C.b.tit.

relinqui voluit Iustinianus, litem autem pristinam iam penè expeditam, sententia terminali componi <sup>t</sup>.

u. d. §. in bonæ fidei. & d.l.vlt. in fine.

XIII. Sunt & aliæ quædam causæ, in quibus compensatio locum non habet; & specialiter quidem Iustinianus Imperator, depositi actioni quid opponi vetuit, ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis actione defraudetur <sup>u</sup>: similiterq; possessionem alienam perperam occupantibus, compensationem dari noluit <sup>x</sup>.

x. d.l.vlt. in fine.

XIIII. In causa fiscali ita demum compensationi locus est, si eadem statio quid debet, quæ petit: & ita demum si Reipublicæ te debere fateris, compensari ea, quæ inuicem tibi debentur, permittuntur, si neq; ex calendario, neq; ex vectigalibus, neq; ex frumenti vel olei publici pecunia, neq; tributorum, neq; alimentorum, neq; eius, qui statutis sumptibus seruit, neq; fideicommissi Ciuitatis debitor sis <sup>y</sup>.

y. l. i. C. b. tit. & fa. l. 17. i. deo condemnatus. & l. 20. ob negocium. h. tit. l. 7. si ex venditione. & l. pen. C. eo.

z. l. 14. quæcunq; h. tit.

XV. Item quæcunq; per exceptionem periri possunt, in compensationē non veniunt <sup>z</sup>: & eius quoq; quod inter alios debitum est, compensatio fieri non potest <sup>a</sup>: similiterq; quæ vni petitioni specialiter destinata est compensatio, in alijs locum non habet <sup>b</sup>.

a. l. 16. cum militi. et d. l. 18. in rem suam. §. fin. & l. pen. h. tit. l. 9. eius quod. C. eo.

b. l. 13. quod Labeo. h. tit.

XVI. Sed & quantitatis ad quantitatem, vel speciei ad speciem, cum idem genus vtrique debetur, rectè demum fit compensatio: secus quando corpora indiuidua hinc inde debentur, vel ex altera tantum parte quantitas debetur

betur, aut disparis generis quantitates debentur, nec ad æstimationem est peruentum c: atq; ita etiam in alternatiua obligatione compensatio impeditur d.

XVII. Cùm alter alteri pecuniam finè vsuris, alter vsurariam debet, concurrentis apud vtrumq; quantitatis vsuræ præstandæ non sunt e, sed compensatio fiet ex eo tempore, ex quo ab vtraq; parte debetur, eiusq; solius, quod amplius est apud alterum, vsuræ debentur, si modò petitio earum subsistit f: sed etsi inuicem sit vsuraria pecunia, diuersæ tamen vsuræ, compensatio nihilominus locum habet, eius, quod inuicem debetur g.

XVIII. Quod certo loco solui debet, in compensationem deduci potest, sed cum loci causa h: Quod in diem debetur, non compensabitur antequam dies veniat: tum enim rectè compensatur i.

XIX. Quamuis autem ipso iure fieri dicatur compensatio, opponenda tamen est in iudicio k: & si iudex rationem eius non habuerit, salua manet petitio, nisi causa compensationis reprobata sit l: si compensare potens, soluerit, condicere poterit, quasi indebito soluto m: quòd si non obiecta compensatione condemnatus quis sit, etiam in executionis termino cùm iudicati conuenitur, compensationem sibi debitæ pecuniæ implorare potest n.

e. Paul. lib. 2. recept. sent. cap. 5. gl. & Dd. in l. 1. h. tit. & in l. fin. C. eo. itemq; in d. §. in bonæ fidei. I. de act. & D. VVesenb. in paratit. hic. nu. 6.

d. l. 22 si debeas. h. tit.

e. l. 11. cum alter. h. tit.

f. l. 4 si constat. C. h. tit.

g. d. l. 12. idem iuris. §. fin. h. tit.

h. l. 15. pecuniam. h. tit.

i. l. 7. quod in diem. in pr. & l. 16 cum militi. §. fin. h. tit.

k. §. in bonæ fidei. & §. compensationes. I. de act.

l. d. l. quod in diem. §. r.

m. d. l. 10. si ambo. §. si quis igitur. h. tit.

n. l. 2. C. h. tit.

L Dispu-

## Depositum vel contrà: Tit. 3.

1. 2. 3. 4. 5. 6. Depositum quid, & in quibus rebus, & per quas personas, contrahatur depositi obligatio?
7. 8. 9. 10. Quomodo Depositum discernatur ab alijs contractibus?
11. 12. Quid veniat in hanc actionem?
13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Res depositæ quomodo sine dolo restitui, aut rectè peti possint?
20. 21. 22. 23. 24. Quando hæc actio intentari possit, & quomodo hæredibus, vel aduersus hæredes detur?
25. 26. 27. Fructus, æstimatio, damnum, usuræ, quomodo hæc in considerationem veniant?
28. 29. Quomodo Depositarius ad restitutionem coarctetur? & quid si tumultus, incendiij, ruinae, naufragij causa, res depositæ sint?
30. Si apud sequestrum res deposita sit, & quis dicatur Sequester?
31. Contraria depositi actio ubi competat?

a. l. i. in prin. b. tit.

b. § præterea & is. l. i. quibus mod. re contr. oblig. l. i. § is quoq; apud quem. j. de obligat. & act.

c. d. l. i. § quæ depositis. b. t.

d. d. l. i. § non solum.

I. Depositum est, quod custodiendum alicui datum est: dictum ex eo, quod ponitur: præpositio enim DE, auget depositum, ut ostendat, totum fidei eius commissum, quod ad custodiam rei pertinet<sup>a</sup>: Is itaq;, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, teneturq; Directa Depositum actione, quia & ipse de re, quam accepit, restituenda tenetur<sup>b</sup>.

II. Quæ depositis rebus accedunt, non sunt deposita, ut puta si homo vestitus deponatur: vestis enim non est deposita: nec si equus cum capistro: nam solus equus depositus est<sup>c</sup>: quamuis alioqui non solum si ipse deposuerim, sed etiam si feruus meus, vel is qui bona fide mihi seruirebat, aut in quo vsum fructum habebam rem deposuerit ad me pertinentem, danda mihi sit depositi actio<sup>d</sup>. Item

III. Item si seruus hæreditarius deposuerit, hæredi postea aduenti competit actio: nec interest hisce casibus, seruus uiuat, siue decesserit: ipse autem seruus manumissus, non poterit agere: sed etsi fuerit alienatus, adhuc ei competit actio, cuius fuit seruus, cum deponeret: initium enim contractus inspiciendum est: Si duorum seruus sit, qui deposuit, vnicuique dominorum in partem, competit Depositi actio <sup>e</sup>.

IIII. Filiusfamilias qui deposuit, Depositi recte agit: quin & Filiumfamilias ipsum teneri Depositi constat, quia & cæteris actionibus tenetur: sed & cum patre eius agi potest, duntaxat de peculio: atque hic generaliter proditum est, si eorum nomine, qui sunt in potestate, agatur, quod veniat in iudicium, & si quid per eum, in cuius iure sunt, captus fraudatusue est, ut & dolus eorum veniat, non tantum ipsorum cum quibus contractum est <sup>f</sup>:

V. Si prædo vel fur deposuerit, hi etiam recte Depositi agent, quia interest eorum, eò quod teneantur <sup>g</sup>: Planè qui rem suam deponi apud se patitur, vel vtendam rogat, nec Depositi, nec Commodati actione tenetur, sicuti qui rem suam conducit, aut precario rogat, nec precario tenetur, nec ex locato: contra si cum prædo rem deposuit, Dominus eam petat, ex æquitate ei potius restituenda est: si Dominus deportatus, & bona eius publicata sunt, fisco potius restitui debet <sup>h</sup>.

VI. In pupillum, apud quem sine tutoris au-

*e. d.l.i. §. item si seruus. et*

*seq.*

*f. l. 19. Iulianus & d.l.i. §.*

*filiumfamilias. b. tit.*

*g. d.l.i. §. si prædo.*

*h. l. 15. quirem suam. & l.*

*31. bona fide. in prin. & §§.*

*seqq. h. tit.*

- thoritate depositum est, nisi in quantum est locupletior, & nisi doli mali capax dolo fecerit, Depositi actio non datur <sup>i</sup>: apud seruum quoque si depositum sit, cum manumisso non rectè agetur, quamuis de dolo & delicto in seruitute commisso, alijs actionibus teneatur: quòd si filius emancipatus, vel seruus manumissus re depositam teneat, depositi rectè conueniri poterunt <sup>k</sup>.
- i. d.l.i. §. an in pupillum.*
- k. d.l.i. §. si apud seruum.*  
*l. 21. si apud filium fa. b. ti.*

VII. Sed & ita demum Depositi actio competit, si gratis custodia rei suscepta sit: si quis enim custodiae causa de mercede pactus sit, ex conducto actio erit: si pro opera serui, is qui eum accipiebat, mercedem pollicitus sit, ex locato actio erit: quod si operæ serui cum custodia pensabantur, quasi genus locati & conducti interuenit, sed quia pecunia non datur, præscriptis verbis datur actio <sup>l</sup>.

*l. d.l.i. §. si vestimenta.*  
*§. si quis seruum*

VIII. Si te rogauero, vt rem meam perferas ad Titium, vt is eam seruet, tecum mandati, cum eo verò Depositi agam: si verò tuo nomine receperit, tu quidem mihi mandati teneris, ille tibi depositi, quam actionem mihi præstabis mandati iudicio conuentus <sup>m</sup>.

*m. l.i. §. si te rogauero.*

IX. Quòd si rem tibi dedi, vt si Titius non recepisset, tu custodires, nec eam recepit, mandati erit actio, quasi plenius sit mandatum, habens & custodiae legem: similiterq; mandati erit actio, si tibi mandauero, vt rem, ab aliquo meo nomine receptam, custodias, idq; feceris: quia mandati est primus contractus <sup>n</sup>.

*n. d.l.i. §. quod si rem. cum*  
*§. seq.*

X. Si apud te volentem me deponere, iusseris

ris apud libertum tuum deponere, si tuo nomine & quasi te custodituro deposuissem, depositi erit mihi tecum actio: sed si suaseris mihi, ut magis apud eum deponam, cum illo depositi agam, tecum mandati aut vlla alia actione non agam, nisi mandasti mihi, ut periculo tuo apud eum deponam, aut fideiusseris pro eo.

XI. Venit autem in hanc actionem & dolus, & lata culpa p, quæ dolo proxima est q, cum suspicio arguit præsumptum dolum r, quia forte non ad suum modum curam in deposito præstitit t, aut si suis rebus saluis amisit res depositas u: magnam enim hanc negligentiam in doli crimen cadere placuit u: atq; ita aliquot locis etiam proditum est, in deposito præstari oportere dolum duntaxat x, solum dolum y: & rursus alibi dicitur, illum quoq; teneri, qui culpa non caret z, vbi culpæ suspicio est a: ex pacto sanè & culpam omnem & periculum etiam casus fortuiti sustinebit Depositarius: sicut & ex eo, quòd se deposito obtulit, culpam & custodiam præstare cogitur b.

XII. Non tantum verò præteritus dolus in Depositi actionem venit, sed etiam futurus, id est, qui post litē cōtestatā committatur: ideoq; si post iudicium acceptū rē recuperet depositarius, nihilominus rectè ad restitutionem compelletur, nec debebit absolui, nisi restituat, sufficitq; si ante condemnationem restituendi facultatem habere incipiat \*.

XIII. Sinè dolo, ex bona fide, id quod seruus deposuit, reddi ei potest, & liberatio con-

o. d.l. 1. §. idem Pomponius. cum §. seq.

p. l. 1. C. b. tit.

q. l. 7. si hominem. in prin. h. tit.

r. l. 11. quod seruus. in prin. h. tit.

s. l. 32. quod Nerua. b. tit.

t. c. vlt. x. de deposito.

u. d. l. 1. §. is quoque apud quem §. de oblig. & act. d. l. si hominem. in prin. d. l. quod seruus. in prin. & d. l. quod Nerua. cum d. c. vlt.

x. d. l. 1. §. si vestimenta. & §. fin. h. tit. l. 23. contractus. in prin. §. de reg. iu.

y. d. l. 1. §. si quis seruum. in fine. h. tit. l. 5. si vt certo. §. nunc videndum. §. com. l. 1. §. is queq; apud quem. §. de oblig. & act. §. præterea & is. l. quib. mo. re contr. oblig.

z. l. 3. planè si possit. b. tit.

a. d. l. quod seruus. in prin. h. tit.

b. d. l. 1. §. si conuenit et §. sæpè euenit. l. 1. C. eo.

\*. d. l. 1. §. non tantum. b. tit.

- tingit, si per ignorantiam manumisso vel alienato solvatur: si tamen sciuerit manumissum vel alienatum, vel si existimare vel suspicari iusta ratione potuit, quare Dominus ei reddi noluit, tenebitur: quia omni dolo carere debet Depositarius <sup>e</sup>
- e. d.l. quod seruus. in prin.*
- XIIII. Si rem à seruo depositam, Titio, quem Dominum eius putasti, restitueris, depositi actione non teneberis, quia nullus dolus intercessit: cum Titio autem Dominus serui ad exhibendum aget, & si exhibuerit, vendicabit: si verò cum sciret alienum Titius, consumpserit, in actione ad exhibendum condemnabitur, quia dolo fecit, quò minus possideat. <sup>d</sup>
- d. d.l.i. §. si rem, à seruo.*
- XV. Si pecuniam seruus apud me deposuit, ita ut domino pro libertate eius illam darem, egoq; eo nomine, certioratione adhibita, dedero, depositi non tenebor, quia dolo careo: si verò quasi meam pro libertate eius numerauero, tenebor: quia non tantum sine dolo malo non reddidisse, sed nec reddidisse intelligor, cum sit aliud reddere, aliud de suo dare. <sup>e</sup>
- e. d.l.i. §. eleganter.*
- XVI. Si apud duos sit deposita res, aduersus vnumquemq; eorum agi poterit, nec liberabitur alter electione alterius, sed solutione liberantur: proinde si ambo dolo fecerunt, & alter quod interest præstiterit, alter non conuenietur, exemplo duorum tutorum: quòd si alter vel nihil, vel minus facere possit, ad alium peruenietur: Item si alter dolo non fecerit, & ideò absolutus sit, ad alium peruenietur. <sup>f</sup>
- f. d.l.i. §. si apud duos.*
- XVII. Sed si duo deposuerint, & ambo a-
- gant



gant, si quidem sic deposuerunt, ut vel vnus tollat totum, poterit in solidum agere; sin vero pro parte, pro qua eorum interest, tunc dicendum est, in partem condemnationem faciendam g.

XVIII. Sicut autem aliâs præceptum est h, ita in hac quoq; actione, qui rem depositam petit, designare rem debet, & vtrum totam vel partem & quotam petat, puta si scyphum, vel lancem, vel pateram petat, materiam vel auri, vel argenti, vel æris addere debet, & pondus: sicq; pondus etiam addere debet, qui purpuram vel lanam petit: si cista signata deposita sit, & res ostensæ, res quoq; exprimi in petitione debent i.

XIX. Si quis tabulas testamenti apud se depositas, pluribus præsentibus legit, non solum depositi, sed etiam iniuriarum conueniri poterit, si hoc animo recitatum testamentum est, quibusdam præsentibus, ut iudicia secreta, eius qui testatus est, diuulgarentur k.

XX. Potest autem qui rem deposuit, vel statim depositi actione agere l, & quoniam rei persecutoria sunt hæ actiones m, etiam hæredibus & bonorum possessoribus, cæterisq; successoribus, eisq; quibus ex Trebelliano Senatusconsulto restituta est hæreditas, competunt, & aduersus hos n: adeo ut in hæredes detur etiam hæ actio de dolo defuncti etiamsi nihil ad eum peruenit, & quidem aduersus vnum hæredem in solidum, aduersus plures, pro ea parte, pro qua quisq; hæres est o.

Si plu-

g. d.l.i. §. sed si duo.

h. l. 6. si in rem. §. de rei vend.

i. d.l.i. §. si quis argentum. cum §. seq. b. tit.

k. d.l.i. §. si quis tabulas.

l. d.l.i. §. est autem.

m. §. rei persequendæ. I. de act.

n. d.l.i. §. hæc actio. & d.

l. 7. si hominem. §. datur. l.

25. die sponsaliorum. in pr.

& l. 26. Publica. in prin. b. tit.

§. non autem. I. de perpet. &

temporal. act. & fa. l. 35. in

honorarijs. j. de oblig. et act.

o. d. l. si hominem. §. da-

tur. & l. 9. in depositi. b. tit.

p. l. 14. si plures. in prin.  
h. tit.

q. d. l. 1. §. si pecunia.

r. l. ult. C. b. tit.

s. d. l. 1. §. si pecunia. vers.  
sed si res.

t. d. l. 1. §. apud Iulianum.

XXI. Si plures hæredes depositoris extiterint, maiori parti, quæ ex magnitudine portionum hæreditariarum intelligitur, res restituenda est: si pecunia in sacculo signato deposita sit, & vnus ex hæredibus eius, qui deposuit, veniat repetens, promenda pecunia est, vel coram Prætore, vel interuenientibus honestis personis, & exoluenda pro parte hæreditaria: residuo vel apud Depositarium manente, si hoc voluerit, sigillis videlicet prius ei impressis, vel à Prætore, vel ab his, quibus coram signacula remota sunt: vel si hoc recusauerit, in æde deponendo q: nec nocebit illi, qui partem suam accepit, casus, qui fortè postea superuenit r.

XXII. Sed si res sunt, quæ diuidi non possunt, omnes debent tradere, satisfactione idonea eià petitori præstanda, in hoc quod supra eius partem est: satisfactione autem non interueniente, res deponetur in ædem, & omni actione depositarius liberabitur s: sic quoq; duobus se pro hæredibus asserentibus, illi tradenda res est, qui aduersus alterum defendere paratus est: si neuter hoc onus subeat, non cogetur tradere Depositarius, sed deponetur res in ædem, donec de hæreditate iudicetur t.

XXIII. Si duo hæredes, rem apud defunctum depositam, dolo interuerterint, & diuisis decem milibus quina singuli abstulerint, soluendoq; sint, in partes obstricti erunt, quòd si speciem aliquam suo dolo interuerterint, in solidum conueniri poterunt, & non nisi integra

gra restitutione, is cum quo actum fuerit, liberari poterit, quamuis si res non restituatur, pro qua parte hæres extitit, condemnandus veniat<sup>u</sup>.

*u. l. 22. si duo hæredes. b. tit.*

XXIII. Si deposuero apud te, vt post mortem tuam reddas, & tecum & cum hærede tuo, possum depositi agere: possum enim mutare voluntatem, & ante mortem tuam depositum repetere: proinde & si sic deposuero, vt post mortem meam reddatur, potero & ego & hæres meus agere depositi, ego mutata voluntate<sup>x</sup>.

*x. d. l. 1. §. pen. b. tit.*

XXV. Esse porrò depositi actionem bonæ fidei, non dubitatur: & ideò & fructus in hanc actionem veniunt, & partus & omnis causa, ne nuda res veniat<sup>y</sup>: quanquàm si rem depositam hæres distraxit, de precio tenebitur, quod ad eum peruenit, aut si id nondum exegit, minoris uè quàm debuit vendidit, vt actiones suas præstet: sed si possit, & redimere nolit, culpa non caret<sup>z</sup>: sicut, is qui semel rem vendidit, licet statim redemit: si enim res interierit postea sine dolo, tenetur nihilominus, quia semel dolo fecit<sup>a</sup>.

*y. d. l. 1. §. hanc actionem.*

*z. d. l. 1. §. fin. cum 3. ll. seq.*

*a. d. l. 1. §. hanc actionem.*

XXVI. Iuratur quoq; in litem in depositi actione<sup>b</sup>, & condictio etiam depositæ rei nomine competit, sed non antè, quàm quid dolo sit admissum<sup>c</sup>: si post moram vel litem contestatam res interierit, aut deterior facta sit, periculum eius erit, qui potuit reddere nec reddidit: nisi res eodem modo fuit apud Deposi-

*b. d. l. 1. §. in depositi.*

*c. l. 13. si quis inficiatus. §. fin. b. tit.*

M torem

- d. l. 12. si in Asia. §. fin. d. torem interitura, & is eam non venditurus d:  
 l. 14. si plures. §. fin. b. tit. l. litis autem æstimationem præstans, rem suam  
 19. qui autem. §. sed etsi quis. facit e.  
 §. de constitu. pecun. l. 47. XXVII. Usuræ quoq; in hoc contractu  
 cum res legata. §. de lega. 1. l. post moram præstandæ sunt, sicut in cæteris  
 23. si ex legati causa. §. de bonæfidei iudicijs f, maximè si permissu meo  
 verb. oblig. c. vlt. x. h. tit. uti pecunia deposita cæperis g: si sinè permissu  
 e. l. 30. fideiussor. b. tit. meo utaris, vsuras ab eo tempore præstabis h:  
 f. l. 24. Lucius circa finem sed etsi ab initio ita conuenit, ut si velles vte-  
 l. 29. si sacculum. b. tit. l. 2. C. reris, & tandundem præstares, solueresq; vsu-  
 eo. ras, quamuis egrediatur ea res depositi notiffi-  
 g. d l. 1. §. si pecunia. d. l. mos terminos, tamen lex contractus serua-  
 Lucius. & d. l. 25. die sponsa- bitur i.  
 liorum. §. fin. d. l. 29. si saccu- XXVIII. Qui depositum non restituit,  
 lum. §. fin. b. tit. suo nomine conuentus & condemnatus, ad  
 b. l. 3. C. b. tit. eius restitutionem cum infamiæ periculo com-  
 i. d. l. Lucius. & l. 26. pu- pellitur k: neq; compensatione ex vlla alia  
 blia. §. Lucius. l. 20. Quin- causa, non etiã ex depositione uti potest l:  
 tus. b. tit. Extrinsecus quoq; restitutio depositi interdici  
 k. l. 10. qui depositum. C. h. non debet m: Si depositarius rem apud alium  
 tit. l. 1. vers. qui pro socio. §. deponuerit, hætenus tenetur de dolo illius, ut  
 de his qui not. infam. actiones aduersus illum cedat n: Si res extat,  
 l. l. pen. C. b. tit. l. vlt. in fi- vendicare eam potes o: & cum debitor fortè  
 ne. C. de compens. §. in bonæ bonis cedit, prioritatis iure gaudet Depo-  
 fidei. I. de act. sitor p.  
 m. Auth. sed iam cautum. XXIX. Quòd si depositi agatur eo nomine,  
 C. b. tit. §. 1. N. 88. De deposti- quod tumultus, incendijs, ruinæ, naufragij  
 to & denunciat. inquilino. causa est depositum, in duplum actionem Præ-  
 n. l. 16. si is apud quem h. ti. tor reddit, & in perpetuum, de dolo deposti-  
 o. l. 8. si is qui depositam. C. tarij, aut ipsius hæredis, aduersus ipsum deposti-  
 eo. tarium, vel hæredem: sed de dolo defuncti  
 p. d l. 7. si hominem. §. quo depositarij, in simplum & intrà annum tan-  
 ties. cum §. vlt. & l. seq. h. ti. tum

tum actio datur q: & rursus depositi cum eo agi potest, qui non aliter, quam nummis acceptis reddere vult r: qui sine dolo rem amiserit depositi non tenetur, nec cauere debet, si deprehenderit, eam reddi: si tamen res ad eum iterum peruenit, depositi tenetur f.

q. §. rei persequenda. ver. planè. l. de act. l. i. §. 1. & 2. seqq. l. 13. si quis inficiatus. in prin. l. 18. de eo quod tumultus. h. tit. r. l. ult. b. tit. s. l. 20. si sine dolo. b. tit.

XXX. Cum sequestro rectè agetur depositi Actione sequestraria, quam & in hæredem reddi oportet t: cogeturq; sequester etiam certo loco, secundum conventionis placita, rem exhibere, & non permittitur ei, nisi ex iustissima causa, officium deponere u: Sequestrum enim dicimus, apud quem res litigiosa ea conditione deponitur, vt post exitum litis vincenti reddatur x, transferturq; in Sequestrum possessio, quamuis alioqui & possessio & proprietas apud deponentem maneat y.

t. l. 12. si in Asia. §. cum sequestro. h. tit.

u. l. 5. ei apud quem. §. in sequestrem. cum seq. h. tit.

x. l. 6. sequester. & l. 17. licet. in prin. h. tit. l. 109. sequester. j. de verb. signi.

y. d. l. licet. §. rei depositæ.

XXXI. Ei apud quem depositum est, contrarium iudicium depositi datur: in quo iudicio meritò in litem non iuratur, quia non de fide rupta, sed de indemnitate hîc agitur z: puta de impensis a, adeo vt illarum quoq; impensarum in hac actione habeatur ratio, si res alio loco exhiberi debe-

z. d. l. ei apud quem. in pr.

a. l. 23. actione depositi. b. tit.

b. d. l. ei apud quem. §. 1. et d. l. si in Asia. in prin.

at b.

M 2

Dispu-

Disputat. I. Respond. Gregorius Maesß, Crempius, Holsatus.

Mandati vel contrà : Tit. I.

1. 2. 3. 4. Mandati obligatio quomodo contrahatur ?  
 5. 6. Mandantis tantum causa quomodo contrahi possit mandatum ?  
 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Directa mandati actio, competit in primis ad rei ipsius fructuumq; & v-  
 surarum restitutionem.  
 14. 15. Ad executionem etiam negocij agere aduersus mandatarium potest man-  
 dator.  
 16. 17. 18. De dolo, culpa, & negligentia, quomodo teneatur mandatarius ?  
 19. Actiones quoq; mandatori debet cedere mandatarius.  
 20. 21. 22. 23. Contraria mandati actio, quomodo mandatori vel fideiussori detur, ad repe-  
 tendum quod erogarunt, vel impenderunt.  
 24. 25. Gestum agnoscere, & vsuras impnsarum præstare quomodo cogatur man-  
 dator ?  
 26. 27. Quando possit conueniri mandator, & quid de impensis voluptarijs, quid  
 de salario ?  
 28. Vbi deficiat mandati obligatio & actio ?

I. Obligatio mandati consensu contra-  
 hentium consistit : ideo per nuncium  
 quoq; vel per epistolam mandatum suscipi po-  
 test : item siue rogo, siue volo, siue alio quo-  
 cunq; verbo scripserit, Mandati actio est <sup>a</sup>.

a. l. 1. in prin. b. tit.

b. l. 6. si remunerandi. §.  
 rei turpis. et l. 12. si verò non  
 remunerandi. §. si adolescens.  
 l. 22. si mandauero tibi. §.  
 qui ædem. b. tit. §. illud quoq;  
 I. de mandate.

c. d. l. si remunerandi. §. si  
 passus. l. 6. fideiussor. C. eo.

II. Quodcunq; autem negocium mandetur,  
 nihil interest, dummodò turpe non sit <sup>b</sup>: Quin-  
 imò si passus sim aliquem pro me fideiubere,  
 vel aliàs interuenire, mandati teneor, & nisi  
 pro inuito intercessero, aut donandi animo,  
 aut negotium absentis fortè gerens, erit man-  
 dati actio <sup>c</sup>: Sed etsi patiar ab alio denunciari,  
 quòd

quòd ego mandauerim, vt ipsi crederetur, mandare intelligor <sup>d.</sup>

*d. l. 18. qui patitur. b. tit.*

II I. Potest etiam mandatum & in diem differri, & sub conditione contrahi<sup>c</sup>: attamen nisi gratuitum sit, nullum est: nam originem ex officio atq; amicitia trahit: contrarium autem est officio merces, & interueniente pecunia, res ad locationem & conductionem potius respicit <sup>f.</sup>

*e. d. l. 1. §. item mandatum. h. tit. §. pen. I. de mandato.*

III I. Contrahitur porrò mandatum, siue mea tantum gratia tibi mandem, siue aliena tantum, siue mea & aliena, siue mea & tua, siue tua & aliena: & quamuis in reliquis speciebus mandatum rectè contrahatur, si tamen tua tantum gratia tibi mandem, superuacuum est mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio nascitur: consilium enim magis est, quam mandatum, & ob id non est obligatorium, quia nemo ex consilio obligatur, etiamsi non expediat ei, cui datur, quippe cum liberum sit cuiq; apud se explorare, an expediat sibi consilium <sup>g.</sup>

*f. d. l. 1. §. fin. b. tit. & §. fin. I. de mandato.*

V. Cum mando tibi, vt credendo pecuniam, negocium mihi geras, mihiq; id nomen praestes, & vt meum in eo periculum, meum emolumentum sit, consistit mandatum: ceterum vt tibi negocium geras, tuiq; arbitrij sit nomen, id est vt cui vis credas, tu recipias vsuras, periculum duntaxat ad me pertineat, iam extra formam mandati est, quemadmodum si mandem, vt mihi quemuis fundum emas <sup>b.</sup>

*g. l. 2. in prin. & §§. seqq. d. l. 6 si remunerandi. §. si tibi. cum seq. h. tit. & concordat. tex. in prin. tit. & §§. aliquot seqq. I. de mandato.*

VI. Nasctur tamen ex eo mandato, vbi tua

*b. l. 48. Quintus Mutius. §. fin. b. tit.*

- i.* d. l. 6. si renumerandi. §. si tibi mandauero. vers. planè l. 32. si hæreditarem. h. tit. §. tua. tantum. vers. & adeò. l. de mandato.
- k.* l. 22. si mandauero tibi. §. interdum. h. tit.
- l.* d. l. si renumerandi. §. si tibi. vers. planè. ibi nisi mea quoq.
- m.* d. l. si renumerandi. §. apud Iulianum. in fine.
- n.* d. l. si renumerandi. §. apud Iulianum. cum §. seq. l. 8. si procuratorem. in prin. & §. seqq. ac passim toto. h. tit. & C. eo.
- o.* d. l. 8. si procuratorem. in prin. cum §. pen. & vlt. l. 17. si mandauero tibi. l. 20. ex mandato. in prin. h. tit.
- p.* d. l. si procuratorem. §. dolo autem.
- q.* d. l. si procuratorem. §. dolo autem & §. fin.
- Mandatarij tantum intererat, mandati actio, si tu id aliter facturum non fuisses, quam si ego mandassem <sup>1</sup>: interdum etiam alia ratione euenit, vt meum ego negocium geram, & tamen vtilem habeam mandati actionem, veluti cum debitor meus periculo suo debitorem suum mihi delegat, aut cum rogatu fideiussoris cum reo experior <sup>k</sup>: hic enim alterius quoq; interest <sup>l</sup>: sicut & tum, cum debitor creditoris sui negocia gerit <sup>m</sup>.
- VII. Quoties autem alterius causa mandatur, quæcunq; etiam sit mandati causa, rectè mandati contrahitur vtrinq; obligatio, quod multis responsis ac rescriptis, diuersisq; factorum contingentijs exponitur & declaratur <sup>n</sup>: & in primis mandatarius mandatori tenetur Directa mandati actione, vt quod ex mandati causa apud se habet, ad mandatorem pertinens, ad eum transferat <sup>o</sup>.
- VIII. Et quidem vsq; adeò mandatarius tenetur ad translationem eius, quod ex mandati causa apud sese habet, ad mandantem seu mandatorem pertinens, vt dolo facere videatur, qui id quod potest restituere, non restituit <sup>p</sup>: sed etsi dolo vel culpa sua fecerit, quò minus restituere possit, puta quia in causa sit, quòd emptum animal fugerit, tenebitur <sup>q</sup>.
- IX. Quòd si sine dolo tuo aut culpa animal aufugit, non teneberis, nisi ad hoc, vt caueas, si in potestatem tuam peruenerit, te restitutum: Sed etsi recipias, tradere debes, & si cautum est de euictione, vel potes desiderare vt tibi cauea-



caueatur, sufficiet si mihi hac actione cedas, & procuratorem me in rem meam facias <sup>r</sup>: de tuo etiam facto cauere debes <sup>s</sup>: & si culpa tua caueri non curaueris, condemnari debebis <sup>t</sup>.

X. Si ex fundo, quem mihi emit, procurator fructus consecutus est, hos quoq; officio iudicis præstare eum oportet <sup>u</sup>: quòd si pecuniam meam habeat, ex mora utiq; vsuras mihi pendet <sup>x</sup>: Sed etsi pecuniam meam fœnori dedit, vsurasq; consecutus est, debebit præstare quantumcunq; emolumentum sensit, siue ei mandauit, siue non <sup>y</sup>: quòd si non exercuit pecuniam, sed ad vsus suos conuertit, in vsuras conuenietur, quæ legitimo modo in regionibus istis frequentantur <sup>z</sup>: imò verò si vsuras exegit procurator, & in vsus suos conuertit, vsuras istius pecuniæ præstare eum oportet <sup>a</sup>: & rursus si acceptam pecuniam creditori meo non exoluisti, restituere debebis mihi vsuras illas, quas me creditori dare oportet <sup>z</sup>.

XI. Quòd si mandauerim procuratori meo, ut Titio pecuniam meam credat sinè vsuris, isq; non sinè vsuris crediderit, nihilominus vsuras mihi eum restituere oportebit, quamuis si suo periculo credidisset, cessaret in vsuris actio mandati <sup>b</sup>: & alioqui ex mora vel stipulatione, licet pignora data probentur, ut vsuras quas non percepit, supra licitum modum præstet, compelli quis non potest <sup>c</sup>.

XII. Si mandauero ut à Titio decem exigeres, & antè exacta ea mandati tecum egero, si ante rem iudicatam exegeris, condemnandum te esse

<sup>r.</sup> d. l. si procuratorem. §. fin. & l. 10. idemq; in prin. b. tit.

<sup>s.</sup> l. 9. de tuo etiam. b. tit.

<sup>t.</sup> d. l. idemq; in prin.

<sup>u.</sup> d. l. idemq; §. si ex fundo

& §. idem Labeo. l. 59. si mandatu Titij. §. 1. b. tit.

<sup>x.</sup> d. l. idemq; §. si procurator.

<sup>y.</sup> d. l. idemq; §. si procurator. vers. sed etsi pecuniam.

<sup>z.</sup> d. l. idemq; §. si procurator. vers. quod si non exercuit. l. 19. precij rerum. C. eo.

<sup>a.</sup> d. l. idemq; §. si procurator. vers. deniq;

<sup>z.</sup> l. 12. si vero non remunerandi. §. dedi tibi. b. tit.

<sup>b.</sup> d. l. idemq; §. si mandauero.

<sup>c.</sup> d. l. 19. precij rerum. C. h.

tit.

- d. d.l.17. si mandauero tibi te esse constat d : & in summa, ex mandato, apud eum, qui mandatum suscepit, nihil remanere oportet, sicut nec damnum pati debet, bi. h. tit.
- e. d.l.20. ex mandato. h. ti. si exigere fortè foeneratam pecuniam non potuit e : vnde & rationes suæ administrationis reddere tenetur, etiam veteris, si fortè sæpius ei mandatum sit, neq; adhuc ratio inita \*.
- \*. l. 56. qui mutuam. §. non ideo minus. h. tit. reddere tenetur, etiam veteris, si fortè sæpius ei mandatum sit, neq; adhuc ratio inita \*.
- XIII. Si centum tibi dederò, vt ea Titio dares, tuq; non dederis, sed consumpseris, & mandati & furti teneberis : at si ita dederim, vt quæ velles dares, mandati tantummodo f : & rursus procurator, qui res inclusas non subtraxit, sed sibi traditas non reddidit, iudicio mandati, non furti tenetur g.
- f. l.22. si mandauero tibi. §. si tibi centum. vt quæ velles dares, mandati tantummodo f : & rursus procurator, qui res inclusas non subtraxit, sed sibi traditas non reddidit, iudicio mandati, non furti tenetur g.
- g. l.55. procurator qui non h. tit. mandati, non furti tenetur g.
- XIIII. Deinde verò ad hoc etiam, mandati actio mandanti aduersus mandatarium competit, vt susceptum negotium exequatur : sicut etenim liberum ab initio est, mandatum non suscipere, ita susceptum consumi oportet, nisi renunciatum sit : renunciari autem ita potest, vt integrum ius mandatori seruetur, vel per se, vel per alium eandem rem explicandi h.
- h. d.l.22. si mandauero tibi. §. sicut. autem. h. tit. ita potest, vt integrum ius mandatori seruetur, vel per se, vel per alium eandem rem explicandi h.
- XV. Is itaq; qui mandatum suscepit, si potest explere, deserere promissum officium non debet : Si verò intelligit explere se id officium nō posse, id ipsū, cum primū poterit, debet mandatori nunciare i : alioquin si sua culpa, neq; mandatum impleuit, neq; renunciauit, quanti mandatoris interest, tenebitur k : at tamen si ob aduersam valitudinem, vel capitales inimicitias, vel inanes rei actiones, vel ob mortem
- i. l.27. si quis alicui. §. qui mandatum h. tit. non debet : Si verò intelligit explere se id officium nō posse, id ipsū, cum primū poterit, debet mandatori nunciare i : alioquin si sua culpa, neq; mandatum impleuit, neq; renunciauit, quanti mandatoris interest, tenebitur k : at tamen si ob aduersam valitudinem, vel capitales inimicitias, vel inanes rei actiones, vel ob mortem
- k. l. 8. si procuratorem. §. mandati actio. d. l. 22. si tibi mandauero. §. finali. & d. l. si quis alicui. §. qui mandatum. h. tit. l. 16. ad comparandas. C. h. tit. quanti mandatoris interest, tenebitur k : at tamen si ob aduersam valitudinem, vel capitales inimicitias, vel inanes rei actiones, vel ob mortem

tem

tem mandatoris sese excuset, audiendus est <sup>l. 1. l. 23. sanè si valetudinis.</sup>  
 Idemq; est si reuocatum sit mandatum <sup>m. cum 3. responsis seqq. & d. l.</sup>

XVI. Competit porrò mandati hæc actio <sup>si quis alicui. §. qui manda-</sup>  
 aduersus mandatarium, si mandator in nego- <sup>tum h. tit.</sup>

cio suo aut causa læsionem senserit<sup>n</sup>, & non <sup>m. §. rectè quoq; l. de man-</sup>  
 tantùm pro his, quæ malè gessit, tenebitur, <sup>dato. l. 30. si hominem. b. tit.</sup>

sed etiam pro his quæ gerenda suscepit & for- <sup>n. l. 9. cum per procurato-</sup>  
 tè neglexit: & cum propter exactam ex man- <sup>rem. C. b. tit.</sup>

dato pecuniam, tum propter non exactam, <sup>o. d. l. 8. si procuratorem.</sup>  
 tam dolum quàm culpam præstare debet <sup>§. dolo autem. cum §. vlt. h. tit.</sup>

XVII. Quamuis enim suæ quisq; rei sit <sup>l. 4. & 5. l. 11. procuratorem.</sup>  
 liber moderator & arbiter, aliena tamen nego- <sup>l. 13. à procuratore. C. eod.</sup>  
 cia exacto officio geruntur, nec quicquam in

eorum administratione neglectum ac declina- <sup>p. l. 21. in re mandata. C. b.</sup>  
 tum, culpa vacuum est <sup>tit.</sup>

etiam potest, vt periculum casus fortuiti præ- <sup>q. l. 39. & Aristoni. b. tit.</sup>  
 ster mandatarius, quia lex contractus serua-

ri debet <sup>r. l. 12. cum mandati. & l.</sup>  
 XVIII. Sed & hoc nomine aduersus man- <sup>14. si secundum. C. b. tit.</sup>  
 datarium agi potest, si mandati fines egressus,

contra commodum mandantis aliquid gessit <sup>s. l. 41. potest & ab vna. b. l.</sup>  
 & in causa mandati vertitur, vt interdum nec

melior causa mandantis fieri possit, puta si res, <sup>t. l. 1. 4. & 5. in prin. & 2.</sup>  
 quam nolit, vili precio ematur, interdum me- <sup>§. seqq. h. tit.</sup>

lior, puta si res, de qua sensit, minoris quàm in- <sup>u. l. 49. seruum Titij. h. tit.</sup>  
 iunxerat, comparetur: deterior vero nun- <sup>& d. l. 12. cum mandati. C.</sup>  
 quam <sup>eo.</sup>

unde etiam rem contra suam volun- <sup>x. l. 27. si quis alicui. §. fin.</sup>  
 tatem alienatam vindicare potest <sup>cum l. seq. l. 45. si mandatu</sup>

XIX. Deniq; conueniri quoq; hoc nomine <sup>meo. in prin. verj. nam. & e-</sup>  
 potest mandatarius, vt mandatori actiones, <sup>go. b. tit.</sup>

quas pro commodo mandantis sibi acquisitas

habet, cedat <sup>x</sup>: adeò vt actiones etiam quæ

tem-

N

tem-

tem-

tem-

y. l. 43. qui mandatum suscepit. h. tit.  
 z. l. pen. et ult. C. h. tit.  
 a. l. 12. si verò non remunerandi. §. cōtrario iudicio. h. t.  
 b. d. l. 8. si procuratorem. §. si ignorantes cum seq. d. l. idemq̄. §. fideiussores. cum seqq. d. l. si verò non remunerandi. §. fin. cum 3. resp. seqq. l. 16. si quis mihi mandauerit d. l. 26. inter causas §. 1. cū seqq. l. 28. si fideiussor. l. 46. si quis pro eo. l. 50. si is qui negotia. in prin. cum 2. ll. seq. b. tit. l. 1. et 2. l. 6. si fideiussor. cum 2. seqq. C. eo.  
 c. d. l. 10. idemq̄. §. idē Labeo. cum seq. d. l. si verò non remunerandi. §. si mihi mandaueris. d. l. 27. si quis alicui. §. impendia l. 45. si mandatu meo. §. si fideiussor. d. l. 50. si is qui nego. §. si. l. 56. qui mutuatam. §. fin. b. tit. l. 4. C. eo.  
 d. d. l. si verò non remunerandi. §. si mihi mandaueris. h. tit.  
 e. d. l. 12. si verò non remunerandi. §. si filiosa. cum seq. d. l. 22. si mandauero tibi. §. si mandauerim. l. 26. inter causas. §. 1. l. 28. Papin. l. 45. si mandatu. §. sed si mandauero. h. t. f. l. 20. ex mandato. §. si. l. 40. si pro te præsente. l. 53. qui fide alterius. h. t. g. l. 8. si procuratorem. §. si ignorantes. cū seq. d. l. idemq̄. §. idē Papin. et §. fideiussores. cum seqq. l. 14. hæredem. l. 21. cum mandatu. cum 2. seqq. l. 28. si fideiussor. in pr. et §. seqq. l. 33. rogatus. l. 37. hominem. l. 46. si quis pro eo. cum seqq. l. 50. si is qui negotia. et seqq. h. t. l. 2. et l. 18. post solutionem. C. eo. h. d. l. idemq̄. §. idē Papin. l. 28. si fideiussor conuentus. in pr. et §. seqq. h. t. i. d. l. idemq̄. §. fideiussores. l. 16. si fideiussor. C. h. t. k. l. 56. qui mutuam. §. fideiussor. h. t. §. d. l. si procuratorem. §. si ignorantes. cum seq. h. tit.

tempore circumscriptæ sunt, cum dilatione temporis cedere debeat y: quamuis alioqui cessio actionum, non nisi in totum donationis causa, vel quatenus datum verè est, rectè fiat z. XX. Contraria mandati actio, aduersus mandantem competit mandatario, siue vniuersarum rerum, siue vnius rei procuratorem suscepit a: & quidem in primis ad recuperandum id, quod in negotio gerendo pro eo erogauit b, vel etiam impendit de suo c: si enim mihi mandaueris, vt rem tibi aliquam emam, egoq; emero meo precio, habebō mandati actionem: Sed etsi tuo precio, impendero tamen aliquid bona fide ad emptionem rei, erit contraria mandati actio d.

XXI. Similiter competit mandatario contra mandantem contraria mandati actio, si quid de suo ex mandato eius, pro eo soluit e, aut si cū fideiussor ad petitionem eius, vel pro eo præsente & non vetante extitisset f, debitum pro eo soluit g, siue condemnatus sit h, siue finè iudicio soluit i; idemq; est, si pecuniam in iure obtulit, & propter ætatem eius, qui petebat, ob signauit ac publicè deposuit k: imò etsi per ignorantiam perperam soluta sit, dum tamen culpa non arguatur, quia fortè non appellauerit §.

Datur

§. 1. l. 28. Papin. l. 45. si mandatu. §. sed si mandauero. h. t. f. l. 20. ex mandato. §. si. l. 40. si pro te præsente. l. 53. qui fide alterius. h. t. g. l. 8. si procuratorem. §. si ignorantes. cū seq. d. l. idemq̄. §. idē Papin. et §. fideiussores. cum seqq. l. 14. hæredem. l. 21. cum mandatu. cum 2. seqq. l. 28. si fideiussor. in pr. et §. seqq. l. 33. rogatus. l. 37. hominem. l. 46. si quis pro eo. cum seqq. l. 50. si is qui negotia. et seqq. h. t. l. 2. et l. 18. post solutionem. C. eo. h. d. l. idemq̄. §. idē Papin. l. 28. si fideiussor conuentus. in pr. et §. seqq. h. t. i. d. l. idemq̄. §. fideiussores. l. 16. si fideiussor. C. h. t. k. l. 56. qui mutuam. §. fideiussor. h. t. §. d. l. si procuratorem. §. si ignorantes. cum seq. h. tit.

XXII. Datur etiam fideiussori contraria mandati actio, si fideiussionis causa debitorem suum delegavit<sup>l</sup>, vel si creditor, cum donare fideiussori vellet, donationis causa debitum remisit<sup>m</sup>: Sed hoc ita, si fideiussorem remunerari voluit<sup>n</sup>. Si verò non remunerandi causa, sed principaliter donando, fideiussori remisit actionem, non dabitur ei hoc nomine contraria actio aduersus fideiussorem<sup>o</sup>.

XXIII. Quòd si hominem certum pro te dare fideiussi, & solui, cum mandati agitur æstimatio eius, ad id potiùs tempus quo solutus est, non quo agitur, referenda est: & ideò etiam si mortuus fuerit, nihilominùs utilis ea actio est: aliter in stipulatione seruetur: nam tunc id tempus spectatur, quo agitur, nisi fortè aut per promissorem steterit, quò minùs suo die solueret, aut per creditorem, quò miuùs acciperet, quia neutri eorum frustratio sua prodesse debet<sup>p</sup>.

XXIII. Sed & hoc nomine aduersus mandatorem experiri potest mandatarius, si is, quod ex mandati causa gestum est, pro suo agnoscere nolit, puta si rem emptam nolit recipere, si me ab obligatione eximere nolit\*: neq; tantùm id quod erogavi aut impendi, verùm vsuras quoq; consequar, easq; non solùm ex mora, sed iudex æstimare debebit, si cum vberimas vsuras consequerer, exegero fortè à debitore meo, & soluero, aut si mutuatus grauibus vsuris soluero: sed etsi Reum vsuris non releuauit, mihi autem & vsuræ absunt, vel si

l. d.l. 26. inter causas. §.

adesse. b. tit.

m. d.l. inter causas §. si is

n. d.l. idemq; §. sin.

o. d.l. 12. si verò non remunerandi. in prin. b. tit.

p. l. 37. hominem. b. tit. & vide §. ad tit. de condi. tritica. nu. 3. & 4.

\*. d.l. si verò non remunerandi. §. si mihi mandaue- ris. & l. 45. si mandatu meo. cum 4 §§. seqq. b. tit.

q. d.l. si verò non remun-  
randi. §. si mihi mandaueris.

r. l. 30. Lucius Titius. l. 56.  
qui mutuam. in prin. b. tit. l.  
10. si pro ea. C. eo.

s. d.l. 50. si is qui negocia.  
§. fin. & d.l. qui mutuam. §.  
fin.

t. l. 10. idemq; §. idem ait.  
b. tit.

u. l. 6. si remunerandi. in  
prin. b. tit.

x. d.l. si remunerandi. §.  
fin. cum l. 7. Salarium. b. tit.  
l. 20. si contra licitum. C. eo.

y. d.l. qui mutuam. §. sala-  
rium.

z. d.l. 26. inter causas. in  
prin. l. 58. si præcedente. in  
prin. b. tit.

minorib. releuauit, ipse autem maioribus fœ-  
nus accepit, vt fidem meam liberaret q.

XXV. Quanquam autem fideiussor vel man-  
datarius extitisti, si tamen neq; condemnatus  
es, neq; bona sua mandatorem dilapidare po-  
stea cœpisse comprobare possis, neq; ab initio  
ita te obligationem suscepisse, vt eum possis &  
ante solutionem conuenire, neq; diu in obliga-  
tione steterit, neq; persona eius aliter suadeat,  
ad solutionem, vel vt tu ab obligatione libere-  
ris, vrgere creditorem non poteris r.

XXVI. Sed & illa quæ de impensis repeten-  
dis dicta sunt, in necessarijs, itemq; vtilibus lo-  
cum omnino habent s. sed si quid procurator,  
citra mandatum, ad voluptatem fecit, permit-  
tendum est ei auferre, quod sinè damno domi-  
ni fiat, si rationem sumptus istius Dominus nō  
admittit t.

XXVII. Si remunerandi gratia honor inter-  
uenit, erit mandati actio u: & salarium procu-  
ratori constitutum, si extra ordinem peti cœ-  
perit, considerandum erit, laborem dominus  
remunerari voluerit, atq; ideo fidem adhiberi  
placitis oporteat, an euentum litium maioris  
pecuniæ præmio, contra bonos mores, procu-  
rator redemerit x: salarium incertæ pollicita-  
tionis, neq; extra ordinem rectè petitur, neq;  
iudicio mandati, vt salarium tibi constituat y.

XXVIII. Sed etsi ex natura sua perpetua fit  
harum actionum causa, atq; in hæredes etiam  
vtrinq; illæ deuoluantur z, tamen sæpe fit, vt  
mandatum non contrahatur, neq; mandati na-  
scentur

scatur actiones, veluti si turpe sit, quod mandetur, puta si adolescens luxuriosus meretricis causa quid mandet <sup>a</sup>, si contra legem quid mandetur, puta ut filiofamiliâs mutuò detur <sup>b</sup>, si quis fortè non animo procuratoris interuenit, sed affectionem tantum amicalem promisit, in monendis procuratoribus, & actoribus, in regendis consilio <sup>c</sup>: & deniq; non nascitur regulariter mandati amplius obligatio vel actio, si renunciatione mandatarij <sup>d</sup>, vel reuocatione mandantis <sup>e</sup>, vel huius aut illius morte finitum sit mandatum <sup>f</sup>.

*a.* d.l. 12. si verò non remunerandi. §. si adolescens. d.l. 22. si man. iauero tibi. §. qui eadem. h. tit.  
*b.* d.l. si verò non remunerandi. §. si quis mandauerit.  
*c.* d.l. 10. idemq;. §. si quis in ea. h. tit.  
*d.* §. mandatum non suscipere. I. de mandato. d.l. 22. si mandauero tibi. §. fin. d.l. 27. si quis alicui. §. qui mandatum. h. tit.  
*e.* §. rectè quoq;. I. de mandato. d.l. 12. si verò non remunerandi. §. pen. & d.l. si quis alicui. §. 1.  
*f.* d. §. rectè quoq;. & d.l. si quis alicui. §. morte.

Disputat. II. Respond. VVillichius Piscatorius, Mundensis.

Pro Socio: Tit. 2.

- 1. 2. 3. 4. 5. Societatis obligatio quomodo contrahatur?
- 6. 7. 8. 9. 10. 11. Vniuersorum bonorum societas quomodo contrahatur?
- 12. 13. 14. 15. 16. Singularis societas & ius societatis quale sit?
- 17. Quomodo soluatur societas?
- 18. Collationem, aut diuisionem, fructus, aut impensas quomodo persequatur actio pro socio?
- 19. 20. 21. 22. Dolus, culpa, casus, mora, intempestiua renunciatio quomodo in hanc actionem veniant?
- 23. Si plures societates coitæ sint, vel ad hæredes res deuenerit?
- 24. Beneficium competentiae socio competens personale est.

I. EX illorum contractuum numero, qui solo consensu obligationem pducunt, est etiam societas <sup>a</sup>: ideoq; & hæc non solum re, aut verbis, sed per nuncium quoq; contra-

*a.* tex. in prin. tit. I. de obligat. ex consensu. & in l. 2. §. de oblig. & act. l. 19. qui admittitur. h. tit.

- b.** l. 4. societatem coire. h. tit. potest b: Sed & coiri societas potest, vel in perpetuum, id est dum viuunt, vel ad tempus, vel ex tempore, vel sub conditione c: quamuis aliqui nulla societatis in æternum coitio sit d.
- c.** l. 1. h. tit. l. 6. de societate C. eo. ex tempore, vel sub conditione c: quamuis aliqui nulla societatis in æternum coitio sit d.
- d.** l. 70. nulla. b. tit. II. Sed nec ex eo, quòd res communis sit inter aliquos, societas statim inter illos contracta censetur, sed tractatu habito societas coitur: communiter autem res agi potest etiam extra societatem, cum sine affectione societatis, incidimus in communionem, vt euenit in re duobus legata, donata uè, aut à duob. empta, vel còducta, aut si duob. hæreditas simul obuenerit c.
- e.** l. 31. vt sit. cum 2. seqq. b. tit. III. In his enim casibus, si quid fortè vnus in eam rem impendit, siue fructus mercedis uè alter solus percepit, vel deterio-rem rem fecit, inter hæredes quidem familiæ herciscundæ, inter cæteros communi diuidendo, non etiam societatis iudicio locus erit f.
- f.** l. 34. quibus casibus. b. t. IIII. Ultra mortem quoq; non potest porrigi societas, & ideò nec libertatem de supremis iudicijs restringere, nec cognatum vltiorem, ratione societatis, proximioribus præferre quis potest g: nec potest quis hæredi suo societatem sic parere, vt ipse hæres socius sit: licet hæres bonam fidem & acti etiam culpam cogatur præstare, quam præstitit is, in cuius locum successit h.
- g.** l. 52. cum duobus alijs. l. si frater. §. idem respondit. b. tit. V. Planè si hi, qui socijs hæredes extiterunt, animum inierint societatis, nouo consensu rectè consistit societas i: & citra hoc in societatibus vectigalium manet societas post mortem, si pars defuncti ad personam hæredis eius
- h.** l. 35. nemo potest. cum l. seq. l. 59. adeo in prin. & l. 65. actione. §. societas. h. tit.
- i.** l. 37. planè si hi. b. tit.



eius adscripta est, quod ipsum ex causa æstimandum est <sup>k</sup>.

k. d. l. adeo. in prin.

VI. Contrahuntur autem societates aut vniuersorum bonorum, aut vnius alicuius negotiationis, veluti mancipiorum aut animalium vendendorum emendorumq; , aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendiq; , aut vectigalium recipiendorum, siue etiam vnius alicuius rei <sup>l</sup>: & quidem coiri potest, ac valet societas etiam inter eos, qui non sunt æquis facultatibus, cum plerumq; pauperior opera suppleat, quantum ei per comparationem patrimonij deest <sup>m</sup>: attamen dolo malo, vel fraudandi <sup>n</sup>, vel donationis causa, non rectè contrahitur societas <sup>o</sup>: sicut nec turpis quæstus causa, puta ex maleficijs <sup>p</sup>.

l. tex. in prin. tit. I. De societate. & in l. 5. societates. in prin. b. tit.

m. d. l. societates §. 1.

n. d. l. 3. §. fin. b. tit.

o. d. l. societates. §. fin.

p. d. l. 52. cum duobus. §. si cum 5. ll. seqq. b. tit.

VI. Cùm specialiter omnium bonorum societas coita est, tunc & hæreditas, & legatum, & quod donatum est, aut quacunq; ratione acquisitum, communioni acquireretur <sup>q</sup>: & res quæ coeuntium sunt, continuò communicantur, quia licèt specialiter traditio non interueniat, tacita tamen creditur interuenire <sup>r</sup>.

q. d. l. 3. §. 1. & l. 73. si societatem. b. tit.

r. d. l. 1. §. fin. cum l. seq. b. tit. l. 2. C. b. tit.

VIII. Quinimò vsq; adeò omnium bonorum socius vniuersa conferre cogitur, vt illud etiam quod ob iniuriam factam, vel ex lege Aquilia, siue ipsius, siue filij corpori nocitum sit, acquisitum illi fuerit, conferre debeat <sup>s</sup>: ea tamen, quæ in nominibus erunt, manent in suo statu, sed actiones inuicem præstari debent <sup>t</sup>.

s. d. l. cum duobus §. socium vniuersa.

t. d. l. 3. in prin. b. tit.

Coire

- u. l. 7. coiri. b. tit.
- x. l. 9. nec adiecit. cum 2. // seqq. b. tit.
- y. l. 12. sed nec æs. b. tit.
- z. l. 13. sed etsi adijciatur. // l. 71. duo societatem. § si. b. tit.
- a. l. 8. quæstus. b. tit.
- b. d. l. 3. §. de illo. b. tit.
- c. d. l. 52. cum duobus §. Pa. pinianus aliàs. l. si fratres. in prin. b. tit.
- d. l. 58. si id quod quis. §. item Celsus. b. tit.
- IX. Coire societatem & simpliciter licet, & si non fuerit distinctum, videtur coita esse vniuersorum, quæ ex quæstu veniunt, hoc est, si quod lucrum ex emptione, venditione, locatione, conductione descendit<sup>u</sup>: hæreditas autem vel legatum, vel mortis, aut non mortis causa donatio, in hanc societatem non veniunt, quia non finè causa, sed ob meritum obueniunt, & hæreditas à parente vel liberto quasi debitum obuenit<sup>x</sup>.
- X. Sed nec æs alienum, nisi quod ex quæstu pendebit, veniet in rationem societatis<sup>y</sup>: sed etsi adijciatur, vt & quæstus & lucri socij sint, verum est, non aliud lucrum, quàm quod ex quæstu venit, hanc quoq; adiectionem continere<sup>z</sup>: quæstus autem intelligitur, qui ex opera cuiusq; descendit<sup>a</sup>.
- XI. Quòd si ita coita societas sit, vt si quæ iusta hæreditas alterutri obuenerit, communis sit, ad legitimam hereditatem tantùm hoc pertinere probabilius est<sup>b</sup>: sed & ita conuenire inter fratres potest, vt parentum suorum hæreditates indiuisas inter se habeant, & emolumèntum ac damnum in his commune sentiant, quod aliunde quæsierint, in commune non redigatur<sup>c</sup>.
- XII. Singulari quoq; societate inita, secundùm pacta conuenta collatio facienda est: si verò res ante collationem, postquam destinata esset, perierit, suo domino interibit, nec quicquam eo nomine consequetur<sup>d</sup>: sicut & aliàs, quod is, qui societatem contraxit, emit, ipsius fit,

fit, non commune, sed si non conferat, societatis iudicio communicare cogitur<sup>e</sup>: & rursus iure societatis per socium aere alieno socius non obligatur, nisi in communem arcam pecuniæ versæ sint<sup>f</sup>.

XIII. Si nihil de partibus lucri & damni nominatim conuenerit, æquales partes & in lucro & in damno spectantur: quod si expressæ fuerint partes, hæ seruari debent: & quidem constat lucri damniq; partes inæquales constitui posse, dum tamen leonina non efficiatur societas, vt alter lucrum tantum, alter damnum sentiat<sup>g</sup>: quamuis & ita coiri potest societas, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat & tamen lucrum inter eos commune sit<sup>h</sup>: & rursus ita, vt partes societatis tuo ar-  
trio vel Lucij Titij constituentur: quo tamen casu tuum vel Lucij Titij arbitrium, si sit iniquum, ad arbitrium boni viri reuocari debet<sup>i</sup>.

XIII. Qui admittitur socius, ei tantum socius est, qui admisit: cum enim societas consensu contrahatur, socius mihi esse non potest, quem ego socium esse nolui: si socius meus eum admittit, ei soli socius est, & socij mei socius, meus socius non est<sup>k</sup>: & quicquid fuerit de societate nostra consecutus, cum illo, qui eum assumpsit, communicabit, nos cum eo non communicabimus, sed factum eius omnimodò præstabitur societati<sup>l</sup>: ex contrario is, qui cum eo societatem iniit, factum sociorum suorum debet ei præstare, sicut suum<sup>m</sup>.

O Omne

<sup>e.</sup> l. 74. si quis societatem. b. tit.

<sup>f.</sup> l. 82. iure societatis. b. tit.

<sup>g.</sup> tex. in §. 1. & seq. I. de societate. l. 29. si non fuerint. cum. l. seq. b. tit.

<sup>h.</sup> §. de illa. vers. nam & illa. I. de societate. l. 1. C. b. tit.

<sup>i.</sup> l. 6. si societatem. l. 75. si coita. & l. 76. societatem mecum. cum. 4. ll. seqq. b. tit.

<sup>k.</sup> l. 19. qui admittitur. l. 20. nam socij b. tit. l. 47. consilij. §. fin. j. de reg. iur.

<sup>l.</sup> l. 21. & quicquid. & l. 23. de illo. in prin. b. tit.

<sup>m.</sup> l. 22. ex contrario. b. tit.

n. l. 27. omne æs. cum l. seq. b. tit.  
o. l. 68. nemo ex socijs. in prin. b. tit.

p. l. 73. si societatem vniuersarum. §. fin. b. tit.

q. l. 4. societatem coire. §. fin. b. tit.  
r. l. 63. verum. §. fin. l. 64. itaq. cum. & l. 65. actione. in prin. & §§. seqq. b. tit. l. 5. tam diu. cum l. vlt. C. b. tit.

s. l. 52. cum duobus. in pr. alijs. l. si fratres. §. idem Papinianus. cum §. pen. & vlt. l. 65. actione. §. pen. b. tit.

t. d. l. cum duobus. in prin. & §. item ex facto. qui alijs est. §. 1. in l. si fratres. & §. item Mela. l. 67. si vnus. in prin. l. 69. cum societas. b. tit.

XV. Omne æs alienum, quod manente societate contractum est, de communi soluendum est: & licet posteaquam societas distracta est, ab vno de suo solutum sit, refundi ei de communi debet: igitur & si sub conditione promiserat, & distracta societate conditio extiterit, ex communi soluendum est, vel si interim societas dirimatur, cautiones interponendæ sunt n.

XVI. Nemo ex socijs plus parte sua potest alienare, & si totorum bonorum socij sint o: attamen si societatem vniuersarum fortunarum ita aliqui coierint, vt quicquid erogetur vel quærat, communis lucris atq; impendij esset, ea quoq; quæ in honorem alterius liberorū erogata sunt, vtrinque imputanda erunt P.

XVII. Soluitur societas, vt ait Iureconsultus Modestinus, renunciatione, morte, capitis minutione & egestate q: vel vt alibi ait Iureconsultus Vlpianus, soluitur societas ex personis, ex rebus, ex voluntate, ex actione: ideoq; siue socius, siue res interierit, siue voluntas mutata, & societati renunciatum sit, siue stipulatione, aut iudicio mutata sit societatis causa, distrahi videtur societas, id quod pluribus responsis ex ordine & fatis dextrè copioseq; declaratum est r.

XVIII. Datur ex hoc contractu, socio aduersus socium actio, quæ appellata est Pro socio, in primis vt conferatur in societatem id, de quo conuentum est s: tum quoq; non solum vt suam portionem consequatur ex rebus communibus societatis, accipiatq; quod inter ipsos conuenit t, sed et si quam impensam solus

fecerit <sup>u</sup>, quosue fructus ex istis rebus alter solus percepit <sup>x</sup>: quibus casibus tamen competit etiam communi diuidendo actio <sup>y</sup>, sed altera alteram tollit <sup>z</sup>, excepto eo quod plus est in altera, veluti pro socio & nominum rationem habet, communi diuidendo adiudicationem admittit <sup>a</sup>.

XIX. Venit autem in hoc iudicium bona fides: atq; ideò etiam dolus & culpa, si quid fortè rei communi nocuit <sup>b</sup>, si parùm diligenter custodita res furto subtracta sit <sup>c</sup>: quamuis alioqui damna fatalia, quæ sine dolo aut culpa eius accidèrunt, socius socio præstare non cogatur, sed sint ea communia <sup>d</sup>: si ex societate lucrum sensit, & in reddendo moram fecit, cum ea pecunia ipse vsus sit, vsuras quoq; præstabit, loco eius quod interest <sup>e</sup>.

XX. Deinde verò ad id quod interest tenetur etiam socius socio, si dolose sit renunciatum societati, puta, vt ille solus hæreditatem acquireret <sup>f</sup>, vel si absenti aut alioqui intempestiuè societati renunciauit, cum interesset socij non renunciari <sup>g</sup>: sed qui societatem in tempus coiit, eam ante tempus renunciando socium à se, non se à socio liberat: Itaq; si quid compendij postea factum erit, eius partem non fert: at si dispendium, æquè præstabit portionem, nisi renunciatio ex necessitate quadam facta sit: quòd si tempus finitum sit, liberum est recedere, quia sine dolo malo id fit <sup>h</sup>.

XXI. Sed & hoc nomine socius socio tenebitur, si solus vsuras perceperit, eius pecuniæ, q̄

u. l. 38. pro socio. §. fin. h. tit. d. l. cum duobus. alijs. l. si fratres. §. item si in communem. & §. si quis ex socijs. l. 60. socium qui in eo. §. fin. cum l. seq. d. l. si vnus. §. pen. h. tit.

x. d. l. pro socio. §. fin.

y. l. 17. sed et socius. in pr.

& d. l. pro socio. §. fin. h. tit.

z. d. l. sed & socius. in pr.

& d. l. pro socio. §. fin.

a. d. l. pro socio. §. fin. &

l. 43. si actum. h. tit.

b. d. l. cum duob. §. venit

autem. et §. si qui societatem.

c. d. l. cum duobus. §. dam-

na.

d. d. l. cum duobus. §. dam-

na. cum §. seq. & l. 58. si id

quod in prin. & §. i. l. 63. ve-

rum. §. in hæredem. h. tit.

e. l. 60. socium qui in eo. in

prin. h. tit.

f. l. 55. actione. §. diximus.

& §. seq. h. tit.

g. l. 17. sed & socius. §. si

absenti. et d. l. actione. §. La-

beo autem. h. tit.

h. l. 14. si conuenerit. cum

2. responsis seqq. & d. l. actio-

ne. §. item qui societatem. h.

tit.

- i. d.l. 67. si vnus. §. si vnus b. tit.* communi nomine foenerauerat <sup>i</sup>: & de eo qui cessantis cessantiumuè portiones insulæ restituerit, proditum est, quòd quamuis aut sortem cum vsuris centesimis, intrà quatuor menses, postquam opus resectum erit, recipere possit, exigendoq; priuilegio vtatur, aut deinceps propriam rem accepturus sit, possit tamen etiam pro socio agere ad hoc, quod sua interest <sup>k</sup>.
- k. d.l. cum duobus. aliàs. l. si fratres. §. idem respondit.* **XXII,** Tenetur porrò socius socio, hoc quoq; nomine, quòd rei communis partem contra pactionem alienauerit <sup>l</sup>, quòd mortuum intulerit <sup>m</sup>: quòd si res communis per fallaciam celandi animo amota vel contrectata sit, vel si damnum in ea datum sit, non solum pro socio, sed etiam furtiua conditione, vel furti, aut Aquiliæ actione agi potest <sup>n</sup>: quinimo pro socio arbiter etiam prospicere debet cautionibus, iu futuro damno, pendente ex societate, sicut & in omnibus alijs bonæfidei iudicijs, generalibus siue specialibus <sup>o</sup>.
- l. d.l. 17. sed & socius. in prin. b. tit.*  
*m. l. 39. si fundus. b. tit.*
- n. l. 45. rei communis. cum b. ll. seqq. b. tit.* **XXIII.** Si plures sint inter eosdem societates coitæ, ad omnes societates sufficere vnum hoc iudicium constat <sup>p</sup>. & rursus de damno & alijs causis in hæredem quoq; competit, sicut & lucri, nomine defuncti, is particeps est <sup>q</sup>: eaq; quæ per defunctum inchoata sunt, expedire & in his dolum præstare cogitur <sup>r</sup>.
- o. l. 38. pro socio arbiter. in prin. b. tit.* **XXIIII.** Sed siue vniuersorum bonorum siue vnius rei quis socius sit, quia societas ius quodammodo fraternitatis in se habet, in id tantum quod facere potest, quodue dolo malo fecit
- p. d.l. 52. cum duobus. aliàs. l. si fratres. §. si plures. b. tit.*
- q. d.l. 63. verum. §. in hæredem. b. tit.*
- r. d.l. 35. nemo potest. cum l. seq. & l. 40. hæres. b. tit.*

fecit, quò minùs facere possit, condemnari de-  
 bebit <sup>c</sup>: quod tamen beneficium quia persona-  
 le est, neq; fideiussori eius, neq; patri vel domi-  
 no, neq; hæredi cæterisue successoribus <sup>t</sup>, neq;  
 ipsi etiam socio, si negauerit se socium, datur <sup>u</sup>:  
 quantum autem facere possit, rei iudicandæ  
 tempore, ære alieno non deducto,  
 spectatur <sup>x</sup>.

s. d.l. verum. in prin. §.  
 sed eisi quis. l. de act. l. 16.  
 sunt qui. & l. 22. sed hoc ita.  
 §. fin. j. de re iud.  
 t. d.l. verum. §. videndum.  
 cum seq.  
 u. d.l. 67. si vnus. §. fin. h. t.  
 x. d. l. verum. §. id quod  
 facere. & §. tempus.

LIBER DECIMVS OCTAVVS.

Disputat. I. Respond. Ioachimvs Schenckelius, Pomeranus.

De contrahenda emptione, & de pactis inter empto-  
 rem & venditorem compositis: & quæ res ve-  
 nire non possunt: Tit. I.

- 1. Origo emptionis & venditionis vnde sit?
- 2. 3. 4. Merce & precio, sinè scriptis, aut in scriptis, quomodo perficiatur emptio & venditio?
- 5. 6. 7. 8. Consensu perficitur, deficiente eo serè infirmatur emptio.
- 9. 10. Cuius error noceat?
- 11. 12. 13. 14. In fungibilibus quomodo contrahatur, & quæ sit emptionis & venditionis libertas?
- 15. 16. 17. 18. Quando ratione personarum impediatur?
- 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. Quando ratione rerum?
- 26. 27. 28. 29. Quæ sit pactorum conuentorum ratio?
- 30. 31. Quid præstetur in hoc contractu?

I. **O**Rigo emendi vendendiq; à permuta-  
 tionibus coepit, quemadmodum di- a. l. in prin. h. tit.  
 lucidè satis exposuit Iureconsultus Paulus <sup>a</sup>:  
 sed postea cum repertus esset nummorum vsus,  
 O 3 distin-

- b. d.l. i. in prin. & §. i. sed an sine nummis, & concordat tex. in §. precium. & §. item precium. I. de empt. & vend.
- e. d.l. i. §. fin. & fa. tex. in prin. tit. I. de oblig. ex consensu. & in l. 2. §. de oblig. et act. l. 2. C. de contr. emp. & vend.
- d. l. 8. nec emptio. in prin. l. 15. etsi consensum. in prin. l. 44. si duos l. 57. domum. cū l. seq. b. tit.
- e. l. 2. in fin. h. tit. §. precium autem. I. de empt. & vend. l. 9. empti fides. C. de cont. emp.
- f. d.l. nec emptio. §. i. & l. 39. si debitor. §. i. h. tit.
- g. d.l. 2. in fine. et d. §. precium autem. & d. l. empti fides.
- h. d.l. nec emptio, in prin. d.l. etsi consensum. d. l. si duos. d.l. domum. cum seq.
- i. tex. in prin. tit. I. de emp. & vendit. & in l. i. §. fin. l. 2. §. fin. & l. 9. in venditionibus. in prin. h. tit.
- k. l. 35. quod saepe. §. in his quæ pondere. & §. pen. h. tit. l. 12. non idcirco. C. eo.
- l. d. prin. tit. I. de empt. & vendit. & d.l. quod saepe. in prin. b. tit.
- distincta est emptio & venditio à permutatione, & animaduersum, quòd in permutatione, quamuis maximè vtrinq; aliquid detur, tamen vterq; contrahentium permutare dicatur, hinc autem alius emere, alius vendere: & rursus cū ibi vtrinq; merces dentur, hinc ab altero merx, ab altero precium, quòd in numerata pecunia consistat, dari dicatur b.
- II. Est autem emptio iuris gentium: & ideò consensu peragitur, & inter absentes contrahi potest, & per nuncium, & per literas c: attamen & res requiritur, quæ veneat d, & precium, pro quo ematur e, quamuis alioqui & fructuum & foetus futuri, imò spei quoq; emptio & venditio esse intelligatur, vt fit, cū captus piscium vel auium vel missilium emitur f: sed sine precio g, & prorsus sine re, quæ veneat, emptio & venditio nulla est h.
- III. Perficitur igitur sine scriptis emptio & venditio, simulatq; modò de re & precio conuenerit i, quamuis neq; res tradita k, ac ne arrha quidem data fuerit: nam quod arrharum nomine datur, argumentum solummodò est emptionis & venditionis contractæ, vt conuentio euidentius probari possit l.
- III. Sed scripturâ si emptio & venditio conficiatur, non aliter ex Iustiniani Imperatoris constitutione perfecta censetur, nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, à contrahentibus autem subscri-  
pta,



pta, & si per tabellionem fiunt, nisi & completiones acceperint, & fuerint partibus absoluta<sup>m</sup>: quod tamen non in sola emptione & venditione, sed in alijs quoq; contractibus, ita Iustinianus Imperator constituit<sup>n</sup>.

V. Consensum sanè, sicut in alijs omnibus conuentionibus & contractibus<sup>o</sup>, ita quoq; in emptionibus & venditionibus debere intercedere, palam est: cæterùm siue in emptione & venditione dissentiant, siue in precio, siue in quo alio, emptio imperfecta est: Si igitur in re ipsa, quæ emitur, sit erratum, puta, si ego me fundum emere putârim Cornelianum, tu mihi te vendere Sempronianum putasti, quia in corpore dissensimus, emptio nulla est<sup>p</sup>.

VI. Si in nomine dissentiamus, verùm de corpore constet, nulla dubitatio est, quin valeat emptio & venditio: nihil enim facit error nominis, cùm de corpore constat: si tamen in ipso corpore quidem non erratur, sed in substantia error sit, vt puta, si acetum pro vino ueneat, æs pro auro, vel plumbum pro argento, venditio rursus nulla erit<sup>r</sup>: quanquam si in substantia consentiant, in parte autem materiæ error incidit, puta, quia vas inauratum pro aureo ueneat, valet venditio<sup>s</sup>: verùm si actum sit, vt totum quod vendebatur, eadem materia constaret, puta, vt mensa vendita, ex solido argento esset, quæ tantùm argento cooperta erat, nulla emptio erit, pecuniaq; eo nomine data condicetur<sup>t</sup>.

VII. Quòd si in qualitate aut bonitate rei, tan-

*m. §. 1. sed hoc quidem. I. de empt. & vend. l. 17. contractus. C. de fide instrumento. l. vlt. C. de cont. empt. & vend.*

*n. d. l. contractus. in prin. & d. l. vlt. in fine.*

*o. l. 1. §. adeò autem. §. de pact. l. 1. §. si quis simpliciter. cum §. seq. §. de verb. oblig.*

*p. d. l. in venditionibus. in prin. vers. si igitur.*

*q. d. l. in venditionibus. §. 1. et adde tex. in §. si quidem in nomine. I. de legat. l. 6. certum. §. de reb. cred. sicert. pet. l. 3. §. si nominatim §. de condit. & demonstr. l. 4. si in nomine. C. de testam. & quemad. testam. fiant.*

*r. d. l. in venditionibus. §. fin. cum 2. ll. seqq. & l. 14. quid tamen. in fine. h. tit.*

*s. d. l. quid tamen. in prin.*

*t. l. 41. cum ab eo. §. fin. b. tit.*

- u. d. l. in venditionibus. §. fin. cum 2. ll. seqq. tantum erretur, puta, quia vinum, quod acuit pro bono, aut aurum deterius, quam emptor existimaret, venditum sit, emptio venditio valet u: sed in istis casibus, cum in corpore consentiunt contrahentes, in qualitate autem dissentiunt, venditor tenebitur emptori, quanti interest eius deceptum non esse, & si venditor quoq, nescierit x: quia utiq; propter minimam causam res bona fide empta, inempta fieri non debet y.
- x. l. 21. si sterilis. §. quamuis. j. de act. empt. & vend. l. 45. Labeo. h. tit. VIII. Si quis ancillam emens, virginem esse putarit, cum esset iam mulier, emptionem valere, responsum est z, neq; redhibitionem ex hac causa esse, verum tamen ex empto competere actionem ad resoluendam emptionem, ut precio restituto, mulier reddatur a: cæterum si ego mulierem venderem, tu puerum te emere existimasti, quia in sexu error est, nulla emptio, nulla venditio est b.
- y. l. 54. res bona fide. h. tit. IX. In huiusmodi autem quæstionibus, personæ ementium & vendentiū spectari debent, non eorum, quibus acquiritur ex eo contractu actio: nam si seruus meus vel filius, qui in mea potestate est, me præsentem, suo nomine emat, non est quærendum, quid ego existimem, sed quid ille, qui contrahit c.
- z. l. 11. alioqui. §. 1. h. tit. X. Sed si seruo meo, vel ei, cui mandauero, vendas sciens fugitium, illo ignorante, me sciente, non teneri te ex empto verum est d: si seruus domini iussu, in demonstrandis finibus agri venditi, vel errore, vel dolo plus demonstrauerit, id tantum demonstratum accipi oportet,
- a. l. 11. ex empto. §. si quis virginem. j. de act. empt. & vend.
- b. d. l. alioqui. §. fin.
- c. l. 12. in huiusmodi. in prin. h. tit.
- d. l. 13. sed si seruo. h. tit.

portet, quod dominus senserit: idemq; est in vacua possessione per seruum tradita e.

e. l. 18. sed si communis. §. i. h. tit.

XI. In his rebus, quæ pondere, numero mensurauè constant, veluti frumento, vino, oleo, argento, modò ea seruantur, quæ in cæteris, vt simulatq; de precio conuenerit, videatur perfecta venditio, puta si vinum vniuersaliter vno precio venierit, modò seruatur, vt etiam si de precio conuenerit, non tamen aliter videatur perfecta venditio, quàm si res ad mensuram, appensuram, adnumeratauè sint, cum nimirum pro numero corporum, ponderis, aut mensurarum premium fuerit statutum: similiterq; distinguitur, an grex vniuersaliter vno precio, an verò in singula corpora, certo precio constituto, venierit f.

f. d. l. 35. quod sæpè. §. in his quæ pondere. cum §. seq. et l. 34. si in emptione. §. alia causa. l. 40. qui fundum. in prin. et §. qui agrum. h. t.

XII. Quibus autem mensuris precijsq; vna aliasq; res comparent, in contrahentium est potestate, nec quisquam cogitur vendere, si aut premium aut mensura displiceat, præsertim si nihil contra consuetudinem regionis fiat g: atq; ita etiam aliàs inuitus quispiam emere aut vendere quicquam non cogitur h: nec irrita erit ideo venditio, quòd alio loco, quàm vbi res est, facta sit i.

g. l. 71. Imperatores. h. tit.

h. l. 11. inuitum. C. de cont. empt.

i. l. 1. C. d. tit. de cont. emp.

XIII. Nemo tamen potest videri eam rem vendidisse, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem transeat, sed hoc aut locatio est, aut aliud genus contractus k: quamuis alioqui huiusmodi etiam emptionem fieri posse constet, quæ ex meis ædibus, in tuas ædes proiecta sunt, vt ea mihi ita habere liceat l.

k. l. 80. cum manu sata. §. fin. h. tit.

l. d. l. cum manu sata. §. huius rei.

P

Et rur-

m. l. 12. non idcirco. C. de  
contr. empt.

n. l. 2. in prin. h. tit. & fa.  
tex. in l. 4. lis nulla. l. 11. si à  
me. l. 53. vix certis. §. de iu-  
dicijs.

o. l. 2. C. de contr. empt.

p. l. 26. si sciens. h. tit.

q. l. 62. qui officij. in prin.  
h. tit. et fa. l. 17. plebiscito. §.  
de offic. præsid. l. 33. princi-  
palibus. §. si cert. pet. l. 38. si  
quis officium. §. d. ritu nupt.

r. l. 46. non licet. h. tit. &  
fa. tex. in l. 45. in fraudem.  
in prin. & l. 46. aufertur. §.  
& §. quod à præside. §. de  
iure fisci.

i

XIIII. Et rursus non idcirco minus em-  
ptio perfecta est, quòd emptor fideiussorem  
non accepit, vel instrumentum testationis va-  
cuæ possessionis omissum est: nam secundum  
consensum authoris in possessionem ingressus  
rectè possidet: precium sanè, si eo nomine satis-  
factum non probetur, peti potest: nec enim  
licet incontinenti facta, pœnitentiæ contesta-  
tio, consensu finita, rescindit m.

XV. Inter patrem tamen & filium contrahi  
emptio non potest, nisi de rebus castrensibus  
n: Furiosus emere aut vendere omninò non po-  
test, nisi intermissionis tempore o: Sed etsi sci-  
ens emero ab eo, cui bonis interdictum sit, vel  
cui tempus ad deliberandum de hæreditate ita  
datum sit, vt ei deminuendi potestas non sit,  
dominus non ero: dissimiliter atq; si à debito-  
re, sciens creditorem fraudari, emero p.

XVI. Illis quoq; qui officij causa in prouin-  
cia agerent vel militarent, prædia compara-  
re ibidem fuit interdictum, præterquam si pa-  
terna eorum prædia à fisco distraherentur q: &  
ex officio, quod quis administrat, emere non  
licet, tam per se, quam per aliam personam,  
alioqui non tantum rem amittit, sed & in qua-  
druplum conuenitur: quod ad procuratorem  
quoq; Cæsaris extensum est: attamen si spe-  
cialiter quibusdam concessum est, cessat pro-  
hibitio r.

XVII. Is etiam, qui finè tutoris authori-  
tate à pupillo emit, vel falso tutore authore,  
quem scit tutorem non esse, non videtur bona  
fide

fide emere: quamvis alioqui, qui à quolibet rem emit, quam putat ipsius esse, bona fide emisse dicatur <sup>c</sup>:

XVIII. Sed & tutor rem pupilli emere non potest, idemq; est in curatoribus & procuratoribus, qui aliena negocia gerunt <sup>t</sup>: nisi tamen palàm & bona fide id fiat, puta si tales sint res, quæ distrahi possunt <sup>u</sup>: atq; ita etiam is, qui fundum à viuo patre emit, postea tutelam filij eius administrans, tradere sibi possessionem potest, vt pupillus & familia eius cedat de fundo, & tunc ipse ingrediatur <sup>x</sup>.

XLIX. Omnium porrò rerum, quas quis habere vel possidere, vel persequi potest, venditio rectè fit <sup>y</sup>, etiam seruitutum <sup>z</sup>, aliorumq; iurium <sup>a</sup>, quæ incorporalia vocantur <sup>b</sup>: quas verò res natura vel gentium ius, vel mores ciuitatis commercio exemerunt, earum nulla venditio est <sup>c</sup>.

XX. Sic liberi hominis, etiam in eum casum, cum seruus erit <sup>d</sup>, itemq; rei sacræ <sup>e</sup>, religiosæ <sup>f</sup>, publicæ, quæ non in pecunia Populi, sed in publico vsu habetur, vt Campus Martius <sup>g</sup>, & veneni mali, quod nullo modo, adiectione alterius materiæ, vsui nobis esse potest <sup>h</sup>, nulla est emptio venditio, si quis videlicet has res, conditionem earum non ignorans, emerit <sup>i</sup>: attamen si conditionem earum

s. l. 27. qui à quolibet. b. tit.  
t. l. 34. si in emptione. §. si.  
u. l. 5. cum ipse. C. de cont. empt. & vend.

x. l. 78. fistiulas. §. fundum b. tit. & fa. tex in l. 1. in prin. §. de auth. tuto. l. 9. quoties. §. non tantum. §. de admini. tuto. l. 35. diuortio §. illum autem. & §. fin. §. de nego. gest. adde tamen limitationem iuris nouissimi Iustini-anei. in auth. minoris. vbi Dd. C. qui dare tuto. vel curato. pos. & N. 72. vt hi, qui se obliga. habere perhib. res mino. in prin. vsq; ad §. quia verò.

y. d. l. 54. si in emptione. §. omnium. h. tit.  
z. d. l. 80. cum manu facta. §. 1. h. tit.

a. §. fin. I. de seruitut. rust. & urban. præd. §. sine testamento. I. de vsufr. l. 3. §. & sine. §. de vsufr. & quemad. quis vta. frua. l. 33. via constitui. §. quæcunq; §. de seruit. rust. præd. cum similibus.

b. tex. in tit. I. de rebus corpor. & incorpor. & in l. 1. §. quædam. §. de reb. corp. & incorp. vbi vide expositio-

P 2

nem nostram in Synopsi, nu. 24. & 25. c. d. l. si in emptione. §. omnium. h. tit. d. l. 4. & liberi. l. 6. sed Celsus. in prin. d. l. 34. si in emptione. §. liberum. & l. 70. liberi hominis. h. tit. §. fin. I. eod. e. d. l. & liberi. & d. l. sed Celsus. in prin. l. 51. littora. & l. 73. æde sacra. h. tit. & d. §. fin. I. eod. f. d. l. & liberi. & d. l. sed Celsus. in prin. d. l. littora. & d. l. æde sacra. & d. §. fin. I. eod. g. d. l. sed Celsus. in prin. & d. l. littora. d. §. fin. I. eod. h. d. l. 36. quod sæpè. §. veneni mali h. tit. i. d. l. et liberi. et d. l. sed Celsus. cum alijs iam allegatis.

k. d. §. fin. l. h. tit. d. l. 4. & liberi. cum l. seq. & alijs concordantibus.

l. d. l. 15. etsi consensum. §. l. h. tit.

m. d. l. 34. si in emptione. §. item si & emptor. h. tit.

n. d. l. 35. quod sepè. §. si quis amico.

o. l. 42. domini. h. tit.

p. l. 52. Senatus censuit. h. tit.

q. hoc eleganter ac dilucidè explicat I. C. Paulus in l. 57. Domum. h. tit.

r. l. 28. rem alienam h. tit. & fa. tit. C. si quis alteri vel sibi. & tot. tit. C. de rebus alien. non alien.

s. l. 18. sed etsi communis. in prin. h. tit. & fa. tot. tit. C. de commun. rer. alien.

t. l. 16. suæ rei. in fine. h. tit.

emptor ignorauerit, in id contrahitur obligatio, quod interest emptoris, deceptum ipsum non esse<sup>k</sup>: dummodò talis sit ignorantia, quæ non in supinum hominem cadat<sup>l</sup>.

XXI. Quòd si & emptor & vëditor sciat seruum fugitiuum esse, à neutra parte obligatio contrahitur: si emptor solus scit, non obligabitur venditor, nec tamen ex vendito quicquam consequetur, nisi vltro, quod conuenerit, præstet, quòd si venditor scit, emptor ignorauit, vtrinq; obligatio contrahitur<sup>m</sup>.

XXII. Fugitiuum quoq; seruum, dum in fuga est vendere non licet<sup>n</sup>, neq; criminofum, vt cum bestijs depugnet<sup>o</sup>; & Senatusconsulto cautum est, ne quis domum villam uè dirueret, quò plus sibi acquireretur, neue quis negociandi causa, eorum quid emeret venderet uè, dupli pœna in emptorem constituta, & venditione irrita esse iussa<sup>p</sup>: in combusta domo empta, vt dignoscatur an & quatenus obligatio contrahatur, distinguitur tota domus an pars eius combusta sit, & sciuerit vterq; vel non<sup>q</sup>.

XXIII. Rem alienam distrahere quem posse, nulla dubitatio est: nam emptio est & venditio, sed res emptori auferri potest<sup>r</sup>: communis res pro portione communionis omninò rectè venditur<sup>s</sup>: sed etsi proprietates rei ad alterum pertineat, vsusfructus tantùm noster sit, proprietates rectè emittur<sup>t</sup>.

XXIII. Suæ autem rei venditio non valet, siue sciens siue ignorans emi, sed si ignorans

rans emi, quod soluero, repetere potero, quia nulla obligatio fuit<sup>u</sup>: attamen si possessionem rei meæ emam, quam habet venditor, & cuius ratione in iudicio possessionis potior futurus fuisset, valet emptio<sup>x</sup>: & rem meam possum sub conditione emere, quia fortè speratur mea esse desinere<sup>y</sup>.

XXV. Deniq; priuatis etiam interdictum fuit commercium purpuræ<sup>z</sup>, frumentorum publici canonis<sup>a</sup>, serici à barbaris comparandi<sup>b</sup>, & vinum oleum aut aliud liquamen ad barbaros exportare prohibitum est<sup>c</sup>, & arma qualiacunq; ad barbaros exportare sub pœna capitali & publicatione omnium bonorum prohibitum<sup>d</sup>, & liberos alienare prohibitum<sup>e</sup>: Si quid sacri, religiosi, publici, quod modicum sit, rei venditæ accedat emptio & venditio rectè contrahi dicitur<sup>f</sup>: & ius priuatum, quod quis in publico habet, puta tabernæ ius, rectè emitur venditur<sup>g</sup>.

XXVI. Pacta conuenta sicut & aliâs<sup>h</sup>, regulariter seruanda sunt<sup>i</sup>, puta si de re venditori locanda<sup>k</sup>, retrouendenda<sup>l</sup>, de vsuris precij præstandis<sup>m</sup>, de monumento in fundo vendito non ædificando, ne vicinum habeat quem nolit<sup>n</sup>, de re inempta futura si displicuisset<sup>o</sup>, si certo tempore pecunia soluta non esset<sup>p</sup>, de ancilla non prostituenda<sup>q</sup>, aliaq; similia<sup>r</sup>:

P 3

condi-

m. l. s. initio. C. d. tit. de pact. inter empt. & vendito.

o. l. 3. & d. l. 34 si in emptione. §. alia causa. h. tit. & fa. tot. tit. j. de in diem addit.

p. l. 6. sed Celsus. §. 1. h. tit. & tot. tit. j. de lege commissoria. l. 1. l. 3. & 4. l. 7. si à te. C. de pact. inter empt. & vendit.

q. l. 56. si quis sub hoc. h. tit. r. d. l. 75. qui

u. d. l. 15. etsi consensum.

§. fin. d. l. suæ rei. in prin. & l. 39. si debitor. h. tit. l. 4. cum res C. de contr. empt.

x. d. l. 43. si in emptione. §. rei suæ.

y. l. 61. existimo. h. tit.

z. l. 1. C. Quæ res venire non poss.

a. l. pen. & vlt. C. d. tit. quæ res venire non poss.

b. l. 2. C. eod. tit. Quæ res ven. non poss.

c. l. 1. C. Quæ res exoptari non debeant.

d. l. vlt. C. Quæ res exportari non debeant.

e. l. 1. & 2. C. de patrib. qui liberos distrax.

f. l. 22. hanc legem. cum 2. ll. seqq. l. 72. pacta conuenta.

§. fin. l. 73. æde sacra h. tit.

g. l. 32. qui tabernas. h. tit.

h. l. 7. iuris gentium. §. ait Prætor. s. de pact.

i. l. 1. & 2. l. 8. tempore contractus. & l. vlt. C. de pact. inter empt. & vend. l.

72. pacta conuenta. h. tit.

k. l. 75. qui fundum. & l. 79. fundi partem. h. tit.

l. d. l. qui fundum. l. 2. C. de pact. inter empt. & vend.

n. l. vlt. C. de pact. inter empto.

- s. d.l.6. sed Celsus. §. fin. & l. seq. in prin. l. 41. cum ab eo. l. 50. Labeo scribit. & l. vlt. in prin. h. tit.
- t. l. 7. hæc venditio. §. huiusmodi. h. tit.
- u. d.l. hæc venditio. §. fin.
- x. l. 37. si quis fundum. h. tit.
- y. §. precium autem I. de empt. & vend. l. vlt. C. de contr. empt. & vend.
- z. d.l. hæc venditio. in prin. & d.l. 35. quod sæpe. §. 1. h. tit. l. 13. in vendendis. C. de contr. empt. & vend.
- a. l. 64. fundus ille. h. tit. & fa. l. 5. proprium. s. com. prædio.
- b. l. 78. fistulas. §. qui fundum. h. tit.
- c. l. 40. qui fundum. §. in lege fundi. & l. 47. si æqueductus. cum l. seq. h. tit.
- d. d.l. qui fundum. §. fundi venditor. et l. 80. cum manu sata. in prin. h. tit.
- e. d.l. qui fundum. §. cum fundum.
- f. d.l. qui fundum. §. dolia. cum. §. fin.
- g. l. 59. cum venderes. & l. vlt. §. vlt. h. tit.
- h. l. 77. in l. fundi. h. tit.
- i. d.l. 87. fistulas. in prin. h. tit.
- k. d.l. 80. cum manu sata. §. sylva cædua. h. tit. h. tit.
- l. l. 29. quoties seruus. cum 2. ll. seq.
- m. d.l. 34. si in emptione. in prin. h. tit.
- conditio etiam adiecta regulariter seruari debet f.
- XXVII. Ita quoque emptio & venditio rectè contrahitur, emptoria erit, quanti tu emisisti, tanti quantum ego in arca habeo <sup>t</sup>, centum & quantum pluris vendidero <sup>u</sup>, quanti defunctus emit <sup>x</sup>, quanti Titius æstimauerit <sup>y</sup>: attamen in arbitrium emptoris aut venditoris precij æstimatio non rectè confertur <sup>z</sup>: Si mihi & Titio fundum emam, ad me solum pertinebit emptio <sup>a</sup>, & vnus hæres emptoris, partem tantum precij offerens, rem sibi tradi non rectè petit <sup>b</sup>.
- XXVIII. Quædam cum expressè dicta non sunt, interpretatione ad certitudinem reuocantur, veluti si quis in venditione fundi aquam dixit accessuram <sup>c</sup>, si frumenta manu sata excepit <sup>d</sup>, vel omnem fructum <sup>e</sup>, si dolia accessura dixit <sup>f</sup>, si ita venditus sit fundus, vt optimus maximusque est <sup>g</sup>, si lapidiciræ exceptæ sunt <sup>h</sup>, si fistulas accessuras dixit <sup>i</sup>, si sylua cædua vendita sit <sup>k</sup>, si seruus venditus <sup>l</sup>.
- XXIX. Si in emptione fundi dictum sit, accedere Stichum, neque intelligatur quis ex pluribus, cum de alio emptor, de alio venditor senserit, is debetur de quo venditor senserit, nec refert, quanti sit eius accessio, quia plerasque res aliquando propter accessiones emimus <sup>m</sup>: & rursus si ex centum dolijs sexaginta accessura dictum est, in venditoris erit potestate, quæ



te, quæ dare volet<sup>n</sup>: sic quoq; in alternatiuis n. si Stichus aut Pamphilus emptus est, in potestate est venditoris, quem velit dare, sicut in stipulationibus: sed vno mortuo, qui superest, dari debet: quòd si pariter decesserunt, precium nihilominus debebitur o.

XXX. Extra hoc autē pacti obscuritas venditori nocet p: sed simulata q, aut fraudulenta r, aut imaginaria emptio & venditio s, vel quæ donationis causa inicitur t, nulla est: præstari autem debet in hoc contractu dolus & culpa u, & si confinem celauit venditor, quem si audisset emptor, empturus non fuisset tenebitur x, de casu fanè non tenebitur y, nisi receperit eum z, sicut & ea, quæ commedandi causa dicuntur, si palàm appareant, venditorem non obligant a.

XXXI. Non aliter verò, quod vendidi, fit accipientis, quàm si aut precium mihi solutum fit, aut satis eo nomine factum, vel etiam si fidem habuerim emptori, sinè vlla satisfactio-  
ne b: cum autem à venditore res emptori traditur, transit ad illum non solùm possessio, sed etiam dominiū, quod & clauibus, ad merces ex horreo auferendas, traditis, contingit: sed si venditor dominus non sit, constituitur emptor in vsucapiendi conditione c, sicut & aliàs iure venditoris vtitur d.

dandi. in prin. & §. 1. h. tit.  
e. l. 74. clauibus. b. tit.

b. l. 19. quod vendidi. & l. 53. vt res emptoris. b. tit.  
d. l. 76. dolia. §. fin. b. tit.

l. 60. comprehensum. h. tit.  
l. 26. si ita distrahatur. d. l. si in emptione. §. si emptio. b. tit. & fa. tex. in l. 2. §. Scæuola aliàs l. 3. in prin. §. de eo quod certo loco. l. 10. plerunq; §. fin. j. de iure dot. l. 75. vbi autem. §. qui illud. j. de verb. oblig.  
l. 21. Labeo. & l. 33. cū in lege. b. tit. l. 39. veteribus. §. de pact.  
l. 7. si ancillam. C. b. tit.  
l. 38. si quis donationis. h. tit. l. 6. si Gaudentius C. eo. l. 55. nuda. h. tit.  
l. 36. cum in venditione. & d. l. si quis donationis. h. tit. l. 3. & l. 8. si non donationis. C. eo.  
l. 35. quod sæpè. §. si res vendita. l. 68. si cū fundum. b. tit.  
d. l. quod sæpè. §. fin. & l. 63. cū seruū. §. fin. b. tit.  
§. cū autem emptio. I. h. tit. l. 69. Rutilia Polla. b. tit. & tot. tit. j. de per. & com. rei vend. & C. eo.  
l. 78. si fistulas. §. fin. b. tit.  
l. 43. ea quæ commedandi.

Dispu-

## De in diem addictione: Tit. 2.

1. 2. 3. 4. 5.    *In diem additio duplici modo fit, & quæ utriusq; potestas?*  
 6. 7. 8.        *Melior conditio quàm variè dicatur afferi?*  
 9. 10. 11.     *Oblata meliori conditione quod sit emptoris aut venditoris ius?*

a. l. 1. b. tit.

b. l. 2. b. tit.

c. l. 4. vbi autem. §. sed &  
 Marcellus. b. tit.

d. d. l. 2. in fine.

e. d. l. 2. vers. fin autem. &  
 d. l. 4. vbi autem. in prin. b. t.

I. **I**Nter cæteras autem conditiones, quæ adijci emptionibus & venditionibus solent, etiam illa est, qua in diem aliquid addicitur: fitq; in diem additio in hunc modum, ille fundus centum esto tibi emptus, nisi si quis intra calendas Ianuarias proximæ meliorem conditionem fecerit, quo res à Domino abeat <sup>a</sup>.

II. In primis verò, in additione in diem interest, quid actum sit, & siquidem hoc actum est, ut meliore allata conditione ab emptione discedatur, erit pura emptio, quæ sub conditione resoluetur <sup>b</sup>: ac talis emptor medio tempore dominus est <sup>c</sup>, vel usufructuarius potest, & fructus & accessiones lucrabitur, & periculum ad eum pertinebit, si res interierit, quoniam post interitum rei iam nec adferri possit melior conditio <sup>d</sup>.

III. Sin autem hoc actum est, ut perficiatur emptio, nisi melior conditio offeratur, erit emptio conditionalis, & ideò istiusmodi emptor nec usufructuarius poterit, nec fructus ad eum pertinebunt <sup>e</sup>.

III. In pura illa emptione, quæ propter additionem in diem, sub conditione resoluetur, is qui emit fundum in diem, interdicto quod

quod vi aut clam vti potest, quia omne commodum & incommodum rei ad emptorem pertinet, antequam venditio transferatur, & interdictum hoc ei competit cuius interest opus non esse factum: ideoque si quid tunc vi aut clam factum est, quamuis melior conditio allata fuerit, ipse vtile interdictum habebit<sup>f</sup>.

V. Sed & is qui pure emit, sub conditione in diem additionis resolutiva, quia medio tempore dominus rei est, vel domini loco, pignori rem dare potest, attamen meliori allata conditione, res pignori esse desinet: quod si res interempta sit, nec fructuum adiectio admitti poterit, sicut omnino alterius rei, quam quaer distracta est, non solet adiectio admitti<sup>h</sup>.

VI. Melior porro conditio adferri videtur, si precio sit additum, vel solutio facilior aut maturior afferatur, locus soluendo precio opportunior dicatur, si persona magis idonea ad emptionem accedat, vel quaer melioribus conditionibus emat, aut satisfationem nullam exigat, remittaturque ea quaer venditori grauia erant: & in summa quicquid ad utilitatem venditoris pertinet, pro meliore conditione haberi debet<sup>k</sup>, meliorque ea conditio intelligitur, quam venditor comprobauit, cui licuit non addicere<sup>l</sup>.

VII. Eo autem ipso, quod alius existat emptor, vel si falsus emptor subiectus sit, non videtur melior conditio allata<sup>m</sup>: quamuis non impedit quicquam saepius hoc agi vt fundus collocetur, dum vel prima, vel secunda, vel ter-

f. d.l. 4. vbi autem. §. idem  
Iulianus libro. 80.

g. d.l. vbi autem. §. sed &  
Marcellus.

h. d.l. vbi autem. §. 1. idem  
Iulianus.

i. d.l. vbi autem. §. fin. &  
l. 14. si venditor. §. fin. h. tit.

k. l. 5. quicquid enim. & l.  
15. si praedio. §. si fundus. &  
§. fin. h. tit.

l. l. 14. si venditor. in prin.  
& §. 1. h. tit.

m. d.l. vbi autem. §. cum  
igitur. & l. 10. sed si propo-  
natur. h. tit.

Q uia ad-

- n. l. 11. quod autem Sabinus. in prin. b. tit.      tia adiectione, res à venditore discedat<sup>n</sup>: & vni vel duobus ex pluribus emptoribus pars eius in diem addici potest, & vnus vel duo venditores ex pluribus, partes suas in diem addicere possunt<sup>o</sup>, & plures res simul in diem possunt addici p.
- o. d. l. quod autem Sabinus. §. fin. l. 12. etsi dispareres. l. 13. quod si vno. & l. 14. si venditor. in prin. l. 17. cum duo. & l. 18. cum in diem. b. tit.      V I I I. Si prædio in diem addicto, ante diem venditor mortuus sit, siue post diem hæres existat, siue omnino non existat, priori prædium emptum est, quia melior conditio allata intelligi non potest, cum is qui vendat non existat: quòd si intra diem adiectionis hæres existat, melior conditio ei adferri potest q.
- p. d. l. vbi autem §. idem Iulianus eodem. & d. l. cum duo.      I X. Licet autem venditori, meliori allata conditione, addicere posteriori, nisi prior paratus sit plus adijcere<sup>r</sup>: ideoq; necesse habebit venditor meliore conditione allata, priorem emptorem certiore facere, vt si quid aliud adijcit, ipse quoq; adijcere possit<sup>s</sup>: sed & venditori licebit meliorem conditionem oblatam abijcere, sequiq; primam quasi meliorem, nisi hoc nominatim actum fuerit vt liceret resiliire emptori, meliori conditione allata<sup>t</sup>.
- q. d. l. 1. si prædio. in prin. b. tit.      X. Emptorem posteriorem, qui meliorem conditionem attulerit, præter corpus nihil sequitur, quod venierit<sup>u</sup>: prior autem emptor sicut fructus in diem addictæ rei, cum melior conditio fuerit allata, venditori restituere necesse habet, ita rursus quæ prior emptor medio tempore necessariò probauerit erogata, de reditu retineri, vel si non sufficiat, à venditore ei solui æquum est, empti & venditi actione vtrinq; ad hæc competente<sup>x</sup>.      COA-
- r. l. 7. licet autem. b. tit.      COA-
- s. l. 8. necesse autem, b. tit.      COA-
- t. l. 9. Sabinus scribit. b. tit.      COA-
- u. d. l. 14. si venditor §. fin. b. tit.      COA-
- x. d. l. vbi autem §. idem Iulianus libro 80. l. 6. item quod in prin. & §. fin. cum l. 16. Imperator. b. tit.      COA-

XI. Contra secundum emptorem prior de precio suo, quod in exordio soluit, citra delegationem, iure stipulationis interpositā, agere non potest y: sicut nec ob rem ablatam contra venditorem agere potest, si posteriori emptori, z. sinè dolo, meliori conditione addicta applicitaq; res sit z.

y. l. vlt. h. tit.

z. l. pen. h. tit.

De lege commissoria; Tit. 3.

1. 2. Lex commissoria qualis, & quomodo eam euitet emptor?

3. 4. 5. Legem commissoriam quomodo exerceat venditor & quandos

I. **C**onditio quoq; adijcitur emptioni & venditioni, cum lege commissoria res venierit, puta cum venditor fundi ita cavit, ut fundus inemptus sit, si ad diem pecunia non solvatur: qua tamen ratione magis sub conditione resolui, quam sub conditione contrahi videtur emptio: & legem commissoriam, si volet, venditor exercebit, non etiam inuitus a.

a. l. 1. 2. & 3. in 4.

II. Debet autem emptor, si vult se legis commissoriæ potestate solvere, offerre precium venditori, & non expectare interpellationem b: si tamen per emptorem non steterit,

b. l. 4. si fundus §. fin. h. tit.

quò minùs die statuto precium solueret, fortè quia noluit venditor recipere pecuniam, & emptor eam deposuit & consignavit, aut quia à fisco testatò conuentus est, ne ante mulieri pecuniam exolueret, quam fisco satisfaceret, non censetur comisisse in legē venditionis c.

c. d. l. si fundus §. fin. & l. vlt. h. tit. l. 7. si à te.

III. Si per emptorem factum sit, quò minùs legi pareretur, & ea lege uti venditor velit,

C. De pact. inter empt. & vend.

Q 2 res

d. l. 6. de lege commissoria.  
b. tit. l. 1. C. de pact. inter em-  
pto. & vend.  
e. d. l. de lege commissoria.  
§. idem respondit.

f. d. l. si fundus. in prin. &  
l. 5. lege. b. tit. l. 3. C. de pact.  
inter. empto. & vend.

g. d. l. si fundus. §. in com-  
missoria.  
b. d. l. si fundus. §. sed  
quod ait.

i. d. l. si fundus. §. elegan-  
ter.

k. d. l. 6. de lege commissoria.  
§. fin. & l. 7. post diem. b.  
tit.

l. l. 4. commissoria. C. de  
pact. inter empto. & vend.

res inempta erit, & id quod arrhæ vel alio no-  
mine datum est, apud venditorem remanebit d:  
nec id, quod accessurum dictum est, emptori  
debebitur e: quinimò tam pro re vendita repe-  
tenda, quàm etiam de his quæ ex fundo fortè  
vendito percepta sunt, itemq; pro reparando  
damno, si fortè emptor deteriozem fundum  
fecit, venditor sibi obligatum habebit empto-  
rem, & nihil omnino penès emptorem ex ea re  
remanere oportet, in qua fidem fefellit f.

III. Quòd si, sicut fieri solet, conuentum  
sit, vt si venditor eundem fundum venderet,  
quantò minoris vendiderit, id à priori empto-  
re exigat, etiam hoc nomine aduersus empto-  
rem priorem ex vendito actio erit g: de fructu-  
um petitione sanè securus erit prior emptor,  
si partem precij soluit h.

V. Statim verò atq, commissa lex est, statu-  
ere venditor debet, vtrùm commissoriam velit  
exercere, an potius precium petere: nec pote-  
rit si commissoriam elegit, postea variare i: &  
rursus si post diem legi commissoriæ præstitu-  
tum, venditor precium petijt, vel partem re-  
liquæ pecuniæ accepit, legi commissoriæ re-  
nunciatum videtur, nec variare & ad hanc re-  
dire potest k: idemq; est, si post præstitutum  
diem vsuras precij pe-  
tijt l.

De hæ-

De hæreditate vel actione vendita: Tit 4.

1. 2. 3. 4. De hæreditate quomodò contrahi possit emptio & venditio?  
 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Hæreditate vendita, quid præstet emptori venditor?  
 13. 14. 15. Quid consequatur venditor hæreditatis ab emptore?  
 16. 17. 18. Nomine vendito, vel actione vendita quid præstetur?

I. Inter cæteras verò res, quæ emi vendiq;  
 possunt, etiam hæreditas refertur: sed  
 cùm hæreditatem aliquis vendit, esse debet hæ-  
 reditas, vt sit emptio: nec enim alea emitur, vt  
 in venatione & similibus, sed res, quæ si non  
 est, non contrahitur emptio, & ideò precium  
 condicetur <sup>a</sup>, puta si hæreditas venierit eius,  
 qui viuit, aut nullus sit, nihil actum censetur,  
 quia in retum natura non sit, quod venierit <sup>b</sup>.

a. l. 7. cùm hæreditatem. h. tit.

II. Quòd si nulla hæreditas ad venditorem  
 pertinuit, si tamen est aliqua hæreditas, sed ad  
 venditorem non pertinet, ipsa æstimabitur:  
 si nulla est de qua actum videatur, precium dun-  
 taxat, & si quid in eam rem impensum est, em-  
 ptor à venditore consequetur <sup>c</sup>, & si quid am-  
 plius eius interest <sup>d</sup>.

b. l. 1. h. tit. & dictum est. s. sub tit. de cõtr. empt. nu. 2.

c. l. 8. quòd si nulla. h. tit.

d. l. 9. & si quid. h. tit.

III. Quòd si in venditione hæreditatis id a-  
 ctum est, si quid iuris esset venditoris, venire,  
 nec prætereà quicquàm præstitum iri, quam-  
 uis ad venditorem hæreditas non pertinuerit,  
 nihil tamen ob id præstabitur <sup>e</sup>: nam & hoc  
 modo admittitur venditio, si qua est mihi hæ-  
 reditas, est tibi empti, quia quasi spes hæredi-  
 tatis & ipsum incertum rei vt captus piscium  
 in retibus venit <sup>f</sup>.

e. l. 1. quòd si in venditio- ne. & l. 13. quòd si sit, in sine. h. tit.

f. l. 10. nam hoc modo. h. ti. l. 8. nec emptio. in prin. & §. 1. l. 15. etsi consensum. in pr. l. 39. si debitor. §. 1. l. 44. si duos. l. 57. si domum. cum l. seq. s. de contr. empt.

Q 3

Hoc

- g. l. 12. *boc autem, b. tit.* tunc ex dolo tenebitur g. Quod si sit hæreditas, si non ita conuenerit, ut quicquid iuris haberet venditor, emptor haberet, tunc hæredem se esse præstare debet h.
- b. d. l. 13. *quod si sit. in prin. b. tit.*
- i. l. 14. *qui filijfamilias*  
§. fin. h. tit.
- k. l. 15. *nisi de substantia. b. tit.*
- l. l. 2. *prin. b. tit.*
- m. d. l. 2. §. 1. *in hære. ditate.*
- n. d. l. 2 §. *illud potest.*
- o. d. l. 2. §. *non tantum.*  
d. l. *qui filijfamilias* §. *ad eos peruenit o: & quidem antequam corpora rerum hæreditariarum nactus fuerit venditor, hætenus videtur ad eum peruenisse,*  
qua-
- IIII. Hoc autem sic intelligendū est, nisi sciens ad se non pertinere ita vendiderit: nam tunc ex dolo tenebitur g. Quod si sit hæreditas, si non ita conuenerit, ut quicquid iuris haberet venditor, emptor haberet, tunc hæredem se esse præstare debet h.
- V. Quoties verò hæreditatem ad se pertinentem, & quæ reuera existit, quis vendidit, debet res hæreditarias emptori tradere: quanta autem hæreditas sit, nihil interest i, nisi de substantia eius affirmauerit k: de eui- ctione quoq; venditor hæreditatis fatisdare non debet, cum id inter euentem & vendentem agatur, ut neq; amplius neq; minus iuris emptor habeat, quam apud hæredem futurum esset: planè de facto suo venditor fatisdare cogendus est l.
- VI. Cùm de quantitate quæritur quæ in hæreditate vendita spectanda sit, in primis hoc seruandum erit, quod actum erit, quod si non appareat, plerumq; hoc agi videtur, ut quod ex hæreditate peruenit, in id tempus, quo venditio fit, id videatur venisse m: sed qui patris hæreditatē, vendit, non aliter hæreditatem quam ex impuberis substitutione nactus est, simul vendidisse censetur, quam si hoc actum esse appareat n.
- VII. Emptori itaq; hæreditatis à venditore, itemq; ab hærede eius præstari, debet, quod ad eos peruenit o: & quidem antequam corpora rerum hæreditariarum nactus fuerit venditor, hætenus videtur ad eum peruenisse, qua-



quatenus mandare potest earum rerum perfectionem, actionesq; tribuere: vbi verò corpora nactus est, vel debita exegit, vel precium accepit rerum prius venditarum, plenius videtur ad eum peruenisse p.

p. d. l. 2. §. peruenisse.

VIII. Peruenisse tamen accipimus cum effectu, non prima ratione: ideoq; quod legatorum nomine praestitit, vel si quid æris alieni, aut cuius alterius oneris hæreditarij soluit, peruenisse meritò negabitur: rerum tamè ante venditione hæreditatis donatarū precia, emptori à venditore præstari æquitatis ratio exigit q.

q. d. l. 2. §. peruenisse  
vers. illud tenendum. cum  
seqq. & fa. tex. in l. pen-  
§. docere s̄. Ne quis eum,  
qui in ius vocatus est, vi e-  
ximat.

IX. Illud quoq;, quod quandòq; ad venditorem peruenit, & non solùm quod iam peruenit, emptori restituendum est, sed etsi quid dolo malo venditoris aut hæredis eius factum est, quò minùs ad eos perueniret, & hoc emptori præstandum est. fecisse autem dolo malo: quò minùs perueniat, videtur, siue alienauit aliquid, vel etiam accepto quem liberauit, vel id egit dolo malo, ne de hæreditate acquireret, vel ne possessionem adipisceretur, quam posset adipisci: sed etsi non dolo malo, sed lata culpa admiserit aliquid utiq; tenebitur: deperdita aut diminuta sinè dolo malo venditoris non præstabuntur r.

r. d. l. 2. §. non tantum.  
cui adde l. 12. venditor. b.  
tit. & l. 6. qui tibi. C. eo.  
f. d. l. 2. §. illud quæsitum.

X. Si quid filius vèditoris, què in potestate habet, vel seruus defūcto debuerit, de peculio, vel de in rē verso vèditor èptori tenebitur s̄: & nō solùm hæreditarias actiones, sed etiam eas obligationes, quas vèditor ipse vt hæres cōstituit, emptori præstare debet: attamè si quid t. d. l. 2. §. non solùm  
lucris occasione hæreditaris venditor sensit, autem.

t. d. l. 2. §. non solùm  
autem.

- u. *d.l.2. § solet quæri.* puta si non debitum exegit, id retinebit, sicut & si quid non debitum soluit, id non reputabit u.
- x. *l.16. si quasi. h. tit.* XI. Si quis, quasi hæres, vendiderit hæreditatem, cum ex Senatusconsulto Trebelliano hæc ipsi restituta esset, quanti emptoris interest, tenebitur x: si venditor hæreditatis exactam pecuniam sine dolo malo & culpa perdidisset, non tenebitur emptori y: qui nondum certus de quantitate hæreditatis, persuadente emptore, quasi exiguam quantitatem eam vendidit, bonæ fidei iudicio conveniri, ut res tradat, vel actiones mandet, non potest, sed suo quoque iure eorum persecutionem habet z.
- y. *l.3. b. tit.* XII. Actionibus autem mandatis emptor hæreditatis eo iure uti debet, quo is, cuius persona fungitur: quanquam utiles etiam actiones ei dantur, aduersus debitores hæreditarios a: è contra ratio iuris postulat, ut creditoribus hæreditarijs, & legatarijs, seu fideicommissarijs, venditorem convenire volentibus, is respondeat, & cum emptore suo ordine rursus experiatur: nam & satisfactio, de qua tempore venditionis comprehensum est, serò tum desideratur, & emptor inuitus excipere actiones hæreditarias non cogitur, quamvis ea lege emerit ut creditoribus hæreditarijs satisfaceret b: quod tamen in fisco, hæreditatis venditore, aliter obtinet c.
- z. *l.4. qui nondum. C. h. tit.* XIII. Porrò sicut lucrum omne hæreditatis ad emptorem respicit, ita quoque damnum: ideoque si rem venditor, qui hæres erat, vendiderit,
- a. *l.5. emptor hæreditatis. C. h. tit.*
- b. *l.2. C. h. tit.*
- c. *l.1. C. h. tit.*

rit, & hoc nomine condemnatus sit, precium verò emptori hæreditatis dederit <sup>d</sup>, item siue ipse venditor dederit aliquid pro hæreditate, siue procurator eius, siue negociorū gestor, quia aliquid venditori propter hæreditatem abest, tenebitur ei hoc nomine emptor <sup>e</sup>, etiam si certam rem exceperit <sup>f</sup>, vel à primo emptore hæreditas ad ipsum reuerfa & alij vendita sit <sup>g</sup>.

XIIII. Sic etiam quod nomine publici vectigalis vel tributi hæreditarij <sup>h</sup>, vel propter impensas funeris venditor soluit <sup>i</sup>, & quod ipsi à defuncto debebatur, itemq; seruitutes quas propter aditionem hæreditatis amisit <sup>k</sup>, & si quid nondum præstiterit, sed obligatus quoquo nomine sit, agere hac de causa venditor cū emptore poterit <sup>l</sup>.

XV. Sed etsi hæreditatem Lucij Titij mihi vendideris, ac post debitori eiusdem hæres existas, actione ex empto mihi teneberis: quod simplicius etiam in illa propositione procedit, cū quis ipse creditori suo hæres extitit, & hæreditatem vendidit <sup>m</sup>: donec autem integrum precium venditæ hæreditatis soluatur, retinere etiã corpora hæreditaria pignoris nomine potest venditor <sup>n</sup>.

XVI. Quemadmodum verò hæreditas, sic quoq; nomina & actiones vendi possunt, & quidem inuito etiam vel ignorante eo, aduersus quem actiones mandantur <sup>o</sup>, adeo vt nomina eorum quoq; qui sub conditione vel in diem debent, emi vendiq; possint <sup>p</sup>: attamen si

R sub

d. d. l. 2. § sicut lucrum.

e. d. l. 2. § siue ipse venditor. & l. 18. si ex pluribus. cum l. pen. h. tit.

f. d. l. 2. § apud Iulianum cum § seq. & l. vlt. h. tit.

g. d. l. 2. § si Titius.

h. d. l. 2. § si quid publici.

i. d. l. 2. § quod si funere.

k. d. l. 2. § cū quis debitori. & seq.

l. d. l. 2. § fin.

m. l. 20. si hæreditatem h. tit.

n. l. 22. hæreditatis h. t.

o. l. 3. nominis C. h. tit. & l. 1. in fine. C. De nouat. & delegat.

p. l. 17. nomina eorum h. tit.

q. l. 19 multum interest  
b. tit.  
r. l. ult. C. b. tit.

f. l. 4. si nomen. cum l.  
seq. b. tit.

z. l. 23. venditor actio-  
nis. in prin. & §. fin. b. ti.  
u. l. 6. emptori b. tit &  
l. 6. postquam. C. eo.

x. l. 8. ex nominis. C. b.  
tit.

y. d. l. 14. qui filijfami-  
liās. in prin. b. tit.

sub conditione aliqua obligatio veneat, deficiente conditione nulla erit venditio: si obligatio conditionalis purè veneat, statim venditio consistet q: & non tantum personalis, sed etiam realis vendi potest r.

XVII. Nomine simpliciter distracto, locupletem esse debitorem, non præstabit venditor, attamen debitorem esse præstabit, & quidem sine exceptione quoq; , nisi in contrarium actum sit: si certæ summæ debitor dictus sit, in eam summam tenetur venditor: si incertæ summæ, & nihil debeat, quanti intersit emptoris f.

XVIII. Debet autem venditor nominis vel actionis, omne ius, quod ex ea causa ei competit, tam aduersus ipsum reum, quam aduersus intercessores huius debiti, cedere emptori, nisi aliud actum sit, sicut & restituere ei debet, quicquid vel compensatione, vel ex actione est consecutus t: & rursus emptori nominis, pignoris quoq; persecutio præstari debet, etiamsi postea id accepit u, & aliæ actiones ei cedi debent, sine qua tamen cessione, vtilis quoq; habet actiones x: si filijfamiliās nomina vendidit, actiones quoq; , quas cum patre habet, præstare debet y.

DIS-

Disputat. III. Respond. David Parisius, Antuerpianus.

De rescindenda venditione, & quando liceat  
ab emptione discedere: Tit. 5.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Quando rescindatur venditio, vel non?  
10. 11. 12. 13. Quando liceat sine rescissione ab emptione discedere.

I. **R**atas manere semper, factas iure venditiones, ipsorum etiam priuatorum interest: attamen quibusdam casibus, licet summo iure consistat emptio & venditio, ex æquitate rescindi solet: ita enim si quis, per vim coactus, rem vendiderit, ratam habere venditionem non cogitur, maximè si paratum sese dicat ad refundendum id emptori, quod precij nomine illatum est.

a. l. 3. de contractu. & l. 7. ratas. C. De rescin. vè.

b. fa. tex. in l. 1. & l. 7. diuus. in prin. s. De in integ. rest. l. 183. etsi nihil de reg iu.

c. l. 1. & l. 8. si voluntate. in prin. C. De rescin. vendit.

II. Deinde verò illud ad rescissionem venditionis impetrandam sufficit, si quis dolo aduersarij se ad vendendum emendumue inductum esse, cum hoc dolose ab altero agi ille ignoraret, probare possit: dolus autem non ex quantitate precij, sed ex qualitate facti æstimabitur.

d. l. 4. ad rescindendam. l. 5. si dolo. d. l. 8. si voluntate, l. 10. dolus emptoris. l. 11. vèditor, l. 16. si quos. & l. pen. C. De rescin. vend.

III. Rem tamen maioris precij, si tu vel pater tuus minoris distraxerit, humanum est, ut vel precium te restituente emptoribus, fundum venditum recipias, emptione & venditione autoritate Iudicis rescissa, vel si emptor id elegerit, quod deest iusto precio accipias: minus autem precium esse videtur, si nec dimidia pars iusti precij præstetur.

e. l. 2. & d. l. 8. si voluntate. in fine. C. De rescind. vendit.

IIII. Si Titius Seij procurator, defuncto

R 2 Scio dend. vendit.

f. l. 8. Titius b. tit.

g. l. 12. non idcirco. l. 16. si quos. C. De rescind. ven. & toto tit. C. Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata.

b. l. 14. ea conditione. C. De rescind. vendit.

i. toto tit. C. Sinè censu vel reliquis fundum comparari non posse.

k. l. 13. si maior. C. De rescind. vend.

l. l. 9. precij causa. C. d. tit. De rescind. vendit.

Seio, ab eo scriptus hæres, cum id ignoraret, instrumentum venditionis, fundum vendente seruo hæreditario, quasi procurator subscripserit, actionibus ciuilibus, si non ipse vendidit non tenebitur, sed serui nomine prætoria tenebitur actione de peculio, vel de in rem verso f. V. Ex eo autem solo, quod urgente fortè publicorum tributorum vel vectigalium debito, rem necessariò vendiderit, vel quòd ea, cum moram in soluendo traheret, in fiscum redacta & sub hasta, sinè fraude tamen & legitime distracta sit, emptionis & venditionis non fit rescissio: sed emptor, qui tantum adnumeravit fisco, quantum priuati exegerit vtilitas, sub titulo empti perpetuo dominij iure potitur g.

VI. Sed & ea conditione distractis prædijs, ut, quod Reipublicæ debebatur, emptor exolveret, venditor, si ipse solutionem fecerit, quanti sua interest, experiri solummodò aduersus emptorem, non etiam rescissionem contractus hoc nomine petere potest<sup>h</sup>: sicut & sinè censu vel reliquis fundo vendito, venditio quidem tota non redditur irrita, attamen pactum hoc Reipublicæ præiudicare non potest i.

VII. Propter hoc quoq; solum, quòd empti venditoris focer denunciauit, ne compararet, emptionem factã bona fides rescindi non patitur<sup>k</sup>: & rursus precij causas cõsueti, nõ pecunia numerata, sed pro ea pecoribus in solutũ datis, contractus non constituitur irritus<sup>l</sup>.

Quod-

VIII. Quòd si fundus, qui Lucij Titij erat, ob vectigal Reipublicæ non solutum venijt, seu Lucius Titius cùm minoris venisset, & ipse paratum sese esse diceret, solidum exolvere vectigal, rescissionem venditionis apud præfidem prouinciæ obtinuerit, præsesq; fundum Lucio Titio restitui iusserit, non prius, quàm emptori precium fuerit illatum, vel si precium nondum sit ab emptore solutum, in vectigal satisfactum fuerit, in bonis Lucij Titij is fundus rursus esse incipiet <sup>m.</sup>

*m. l. 9. fundus. h. tit.*

IX. De contractu itaq; emptionis & venditionis, citra iustam rescissionis causam, altero inuito, nullo tempore recedi bona fides patitur, nec ex rescripto imperatorio, adeo vt fiscus etiam eodem iure vtatur <sup>n.</sup>: & quamuis duplum precium venditor emptori offerat, non censetur probabilis causa rescissionis <sup>o.</sup>, nisi tempore contractus, vltra dimidium iusti precij, sese deceptum esse ostendat <sup>p.</sup>

*n. d. l. 3. C. De rescind. vendit.*

*o. l. 6. non est probabilis. C. eo. tit.*

*p. d. l. 2. & d. l. si voluntate in fine. C. De rescind. vend.*

X. Partis tamen vtriusq; consensu, re integra existente, recedi ab emptione & venditione ac res inempta fieri potest <sup>q.</sup>: potest etiam quãdiu nihil interuenit, eadem res rursus pluris minorisue emi <sup>r.</sup>, eademq; ratione, si huius aut illius rei, altrenatiue sit contracta emptio & venditio, resolui obligatio potest, ne alterutrius rei emptio maneat <sup>s.</sup>: atq; his casibus etiã illud, quod arrharum nomine datum est, secundum fidem pacti repeti potest <sup>t.</sup>, pactioneq; patris filius quoq; qui rem peculiarem vendiderat, orbiter liberatus censetur <sup>u.</sup>, sicut & pactione Reix fideiussor <sup>x.</sup>.

*q. l. 2. & 3. l. 5. cùm emptor. §. emptio. h. tit. l. 1. & vlt. C. quando liceat ab emptione discedere.*

*r. d. l. 2. h. tit.*

*s. l. 4. si emptio. h. tit.*

*t. d. l. vlt. C. Quando liceat ab empt. disced.*

*u. l. 1. h. tit.*

*x. l. 3. h. tit.*

R 3 Quòd

7. d. l. 5. cum emptor. in prin.  
 2. l. 7. si id quod in prin. b. tit.
- XI. Quòd si per acceptilationem ab emptio-  
 ne & venditione recedatur, acceptilatio non  
 sua natura, sed potestate conuentionis vale-  
 bit y: Si verò id quod purè emi, sub còditione  
 rursus emam, nihil agitur posteriore emptio-  
 ne z: si pupillus sinè tutore emit, deinde tuto-  
 re authore emit, renouata censetur emptio:  
 sed si antè tutoris authoritas interuenit, de-  
 inde pupillus sinè tutore emat, nihil agitur:  
 sed nec illa pactio vèditior, capitiōsa esse debet,  
 si initio pupillus tutore authore emit, deinde  
 solus paciscatur, vt discedatur ab emptione,  
 maximè si iusto errore decipiatur venditor a.
- a. d. l. si id quod §. si pu-  
 pilli.
- XII. Post traditionem etiam rei interposi-  
 tam, vel precium solutum, nuda voluntas non  
 resoluit emptionem, si non actus quoq; priori  
 similis, retro agens venditionem, intercesse-  
 rit b: quòd si quis re integra, invito altero ab  
 emptione discedere velit, siue in scriptis, siue  
 sinè scriptis venditio celebrata sit, is qui recu-  
 sat adimplere contractum, si quidem est em-  
 ptor, perdit quod arrharum nomine dedit, si  
 verò venditor, duplum restituere compellitur,  
 licèt super arrhis nil expressũ sit c: sicut &  
 tũ, cum sinè arrhis emptio contracta est, is qui  
 fidem contractus non implet, ad id quod inter-  
 est obligatur d.
- b. d. l. 2. h. tit. & l. 1.  
 & vlt. C. Quand lic. ab  
 empt. disced.
- c. §. 1. vers. ita tamen. I.  
 De empt. & vend. l. 17.  
 contractus in fine C. De si-  
 de instrument. & fa. tex.  
 in l. vlt. C. de sponsal. &  
 arrbis sponsalitijs.
- d. d. l. còtractus. vers. a-  
 deo. & l. 1. in prin. §. De  
 act. empti & vend. l. 14. ea  
 conditione. C. De rescind.  
 vend. l. vlt. in fine. C. Quã-  
 do liceat ab empt. disced.
- XIII. Illis tamen pactionibus efficitur eti-  
 am, vt discedere ab emptione liceat, si conue-  
 nit, vt res quæ vendita est, si intrà certum tem-  
 pus displicuisset, redderetur: ex empto enim  
 actio erit, aut proxima, empti in factum da-  
 bitur



bitur <sup>e</sup>: itemq; discedi ab emptione potest, si conuenit vt ad diem non soluta pecunia, res in-empta fieret <sup>f</sup>, vel si cū conditione degustandi vinum fortè emptum sit, & cū gustaretur displicuit <sup>g</sup>, qua de re mox exquisitùs paulò dicendum erit.

*e.* l. 6. si conuenit. b. tit. l. 3. §. De contra. emptione & fa. tot. tit. §. De in diem addit.

*f.* l. vlt. in pri. & §. fin. b. tit. l. 6. sed Cels. §. De cōtr.

*g.* l. 34. si in empt. §. alia caus. §. De cont. empt.

De periculo & commodo rei venditæ Tit. 6.

- 1. *Perfecta emptione periculum casus fortuiti pertinet ad emptorem.*
- 2. 3. 4. 5. *Paclum adnumerationis, admensurationis, appensionis, itemq; degustationis quam vim habeat?*
- 6. 7. *Quid iuris in conditionali venditione?*
- 8. 9. 10. *Dolus, culpa, mora quomodo præstetur vel puniatur?*
- 11. *Commodum quomodo ad emptorem pertineat?*

I. **P**erfecta emptione periculum casus fortuiti in re èpta, sicut & commodum, ad emptorem pertinet <sup>a</sup>: necessariò itaq; sciendum est, quando perfecta sit emptio: perfecta autem censetur emptio, si id quod venierit, appareat, quid, quale, quantumq; sit, & premium, & si pure venit <sup>b</sup>:

*a.* §. cum autem emptio. l. De empt. & vendit. l. 7. id quod post. in prin. & l. 8. necessariò in prin. & §. 1. ac passim toto hoc tit. l. 1. & l. 4. cum inter. eum l. pen. & vlt. C. eo.

II. Et quidem in rebus fungibilibus alijsq; similibus, regulariter perficitur emptio, cū adnumerata, admensa, appensa fuerint: quàm si per auersionem vniuersaliter vno precio venierint, tūc sicut & in alijs rebus, simul atq; modò de re & precio conuenerit, perfecta emptio censetur <sup>c</sup>.

*b.* d. l. necessariò in prin.

*c.* l. 35. quod sæpe §. in his quæ pondere, cum §. seq. §. De contr. empt. l. 1. §. sed & custodiam. & l. 4. si quis vina. §. si auersione. cum §. seq. b. tit. l. 2. C. eo. & dictum est §. ad tit. De cōtr. empt. nu. 11.

III. Alia etiã causa est degustandi alia metiendi: gustus enim ad hoc proficit, vt improbare

d. l. 34. si in emptione §. alia causa s̄. De contr. emp. & d. l. 1. in prin. & §. sed & custodiam h. tit.

e. d. l. 1. in prin. & §. si dolium. cum d. l. 4. si quis vina. in prin. h. tit.

f. d. l. si quis vina. in pri. b. tit.

g. d. l. 1. §. sed & custodiam & d. l. si quis vina. §. si auersione. cum l. 10. si in venditione §. fin. l. 15. si vina. b. tit. & d. l. 2. C. eo.

bare liceat, atq; impunè etiam ab emptione discedere, mensura verò non eò proficit, vt in arbitrio sit emptoris, res veniat, vel non, sed vt appareat, quantum ematur d.

IIII. In rebus itaq; ad degustationem auersione vel finè auersione emptis, vsq; ad degustationem, periculum casus fortuiti & damnum sustinebit venditor, quamuis signata sint ab emptore vasa, quibus vinum, quod fortè emptum est, contineatur, nisi tamen aliter de periculo nominatim conuenerit e: sed etsi vina intrà certum diem degustanda dixerit venditor, deinde per ipsum steterit, quò minùs degustarentur etiam ultra diem periculum sustinebit f.

V. Si vinū nō ad degustationem, sed simpliciter ad mensuram emptum sit, donec admetiatur, periculū ad venditorem pertinebit, sicut & custodiam præstare debet: quamquam si nec ad mensuram, nec ad gustationem sed per auersionem vendidit, puta integra dolia, statim & ante mensuram, periculo casus fortuiti liberabitur venditor, pertinebitq; id ad emptorem g.

VI. Quòd si sub conditione res venierit, si quidem defecerit conditio, nulla est emptio: & rursus si pēdente conditione res interierit, nulla est emptio: sed si extiterit conditio, quāuis res deterior facta sit, damnum erit emptoris: quòd si pendente conditione emptor vel venditor decesserit, & postea extiterit conditio, hæredes quoq; obligati erunt: si pendentē con-

te conditione res tradita sit, emptor non poterit eam vsucapere pro emptore, & quod precij solutum est, repetetur, & fructus medij temporis, venditoris sunt <sup>h.</sup>

*b. d. l. 8. necessariò in prin. b. tit.*

VII. Si ita res venierit, siue naus ex Asia venierit, siue non venierit, statim perfecta est venditio, quia certum est obligationem contractam esse: & sicut aliàs pacta conuenta de periculo rei valent <sup>k.</sup>, ita quoq; in conditionali emptione pactum valebit, si conuenerit vt res periculo emptoris seruaretur <sup>l.</sup>.

*i. d. l. necessariò § si ita venierit.*

*k. d. l. 1. in prin. & d. l. 4.*

*si quis vina in prin. & §.*

*si auersione. b. tit. l. 5. si vt*

*certo §. nunc videndum s̄.*

*Commod. l. 1. § si conuenit*

*s̄. Depos. l. 32. contractus*

*§. sed hæc ita j̄. De reg. ius.*

*l. l. 10. si in venditione. in*

*prin. b. tit.*

VIII. Quamuis autem periculum rerum emptarum ad emptorem pertineat, tamen donec rem emptori tradat, eam diligentiam in custodienda re adhibere debet venditor, quam debent homines frugi & diligentes præstare, atq; ita de dolo quidem & lata leuiq; culpa venditor tenebitur, sed de casu fortuito damnoq; fatali, & vi maiori excusatus erit <sup>m.</sup>.

*m. d. §. cum autem em-*

*ptio I. De empt. & vendit.*

*d. l. 35 quod sæpe §. si res*

*vendita. & l. 68. si cum sum-*

*dum s̄. De contr. empt. l. 2.*

*§. fin. cum l. 3. l. 11. si vendi-*

*ta. cum 4. responsis seqq.*

*b. tit.*

IX. Quòd si emptor in recipienda re moram adhibuit, iam non culpam sed dolum malum tantum præstabit venditor: mora autem venditoris facit vt omne periculum etiam damni & interitus ad eum pertineat <sup>o.</sup>: si vterq; simul in mora fuerit, emptori potius mora nocebit:

*n. l. 17. illud sciendum. in*

*prin. b. tit.*

quòd si primùm venditor interpellatus non tradat rem, deinde offerente illo emptor rem non accipiat, emptori sua mora vt posterior nocebit: & rursus si emptor prius in mora fuit, deinde cum omnia in integro essent, venditor moram adhibuerit, illi sua mora posterior nocebit <sup>p.</sup>.

*o. d. l. 4. si quis vna. in*

*prin. b. tit.*

*p. d. l. illud sciendum ver.*

*quòd si per venditorem cum*

*seqq. & l. 5. si per emptorem*

*b. tit. l. 51. si & per empto-*

S

Ex rem. j̄. D. act. empti

q. l. 1. §. licet autem, cum  
 §. fin. & l. 12. lectos. cum 3.  
 responsis seqq. b. tit.  
 r. d. l. 1. §. fin. & l. 2. in  
 prin. cum d. l. 4. si quis vina.  
 §. fin. b. tit.

f. d. §. cum autem emptio.  
 i l. De empt. & vend. d. l. 7.  
 d quod post: in prin. b. tit.  
 l. 31. si ea res. in prin. j. De  
 act. empti.  
 t. l. 9. si post inspectum  
 b. tit.  
 u. l. 6. si vina emerim.  
 b. tit.

X. Ex veteri iuris rigore, si quis vinum emisset, & in die præstituto ad mensuram id non recepisset, testata denunciatione prius facta licebat vinum effundere, & per corbem mensuram facere, at tamen laudabilius & commodius dicitur facere venditor, qui vasa conduxerit, ipsaque vinum incluserit, nec prius reddiderit vinum, nisi quanti conduxerit ab emptore reddatur, qui uero vendiderit vinum bona fide, & quantum sine ipsius incommodo fieri potest, operam dederit, ut quam minimo detrimento sit ea res emptori: si dies ad mensuram dictus non sit, denunciatione habita, ex commodo venditoris qui negociator sit, vel saltem ante vindemiam constitutus censetur<sup>r</sup>.

XI. Sicut autem periculum interitus & damni ex casu fortuito, perfecta emptione ad emptorem pertinet, & venditor tantum de dolo & culpa tenetur, ita quoque contra commodum ad emptorem pertinet, puta fructuum vel alterius lucri, aut si quid fundo vendito forte per alluionem accessit<sup>s</sup>: sane arbores ante venditionem prædij vi ventorum deiectione, ad emptorem non pertinebunt, quamuis hoc nomine ei venditor teneatur, si venditor sciuit arbores deiectione nec indicauit<sup>t</sup>: qui vina emit exceptis acidis & mucidis, acida & mucida postea petere non potest<sup>u</sup>.

DE

## De Seruis exportandis, vel si ita mancipium venierit, vt manumittatur, vel cōtrá, Tit. 7.

1. 2. 3. De mancipijs exportandis, non prostituendis, manumittendis, vel non, quomodo pacisci liceat?

I. In seruis & ancillis receptum est singulariter, quòd possint propter dominorum vel ipsorum seruorum commodum <sup>a</sup>, sub ea conditione vendi, vt exportentur vrbe vel prouincia, tc. <sup>b</sup>: idq; sub denunciatione etiam manus iniiciendæ <sup>c</sup>, vel cum pœnæ stipulatione <sup>d</sup>: quo casu si manumissi fuerint, à fisco vendicantur, & eadem lege in perpetuam seruitutem veniunt, cum in his ciuitatibus conuersantur, quas contrahentes exceperunt <sup>e</sup>.

II. Sed & de non prostituendo mancipio ita conuenire potest, vt in euentum sit manus iniectio libera venditori: quo casu præfectus vrbi abducendi permittet facultatem: neq; lex pactiois interimitur, quòd dominium per plures emptorum personas, ad primum, qui deinde prostituit, sinè simili lege peruenit, sed libertatem etiam mancipium, ex Diui Hadriani constitutione, consequitur <sup>f</sup>.

III. Si ea conditione mancipium venditum sit, vt manumittatur, & mora repromissæ libertatis præstetur, si tamen is qui vendidit, in eadem voluntate perseueret, ex constitutione Imperatorum Marci & Commodi in Semeatribus scripta, statim libertatem consequitur <sup>g</sup>: quod & in donationibus ita receptum

a. l. 1. & l. 6. si venditor §. fin. l. 7. seruus. h. tit.

b. d. l. 1. & l. 2. l. 4. si minor. l. 5. cui pacto. & d. l. 7. seruus. h. tit. & to: tit. C. si seruus exportand: veniat.

c. l. 9. Titius. h. tit. l. 1. &

2. C. si seruus export. ven.

d. d. l. 7. seruus. h. tit. d.

l. 3 & l. vlt. C. si seruus export. ven.

e. d. l. 1. 2. & 3. C. si ser. exportand. ven.

f. d. l. 6. si venditor. in prin.

b. tit. l. 1. 2. & vlt. C. si man-

cip. ita. ven. ne prostitua-

tur. l. 56. si quis sub hoc §.

De contr. empt l. 6. si quis

obligatum. in fine. cum l.

seq. 7. Qui sinè manumiss.

ad liberta. perue.

g. l. 3. & 4. l. 8. quæsitum.

& l. vlt. h. tit. l. 1. 2. 3. & 4.

cum l. vlt. C. si mancip. ita

fuerit aliena. vt manum: t.

vel contra. l. 1. 3. & 4. cum

d. l. 6. si quis obligatum. &

l. vlt. Qui sinè manumiss.

ad liberta. peruen.

b. l. i. C. S. *mancip. ita fu* est h: si conuentum sit sub poena ne manumittatur aliena vt manumitta. l. tur seruus, etiamsi manumissus fuerit, liberta-  
pen. §. *Qui sine manumiss.* tem non consequitur, & tamen poenæ quoq;  
ad liberta. perue. petitiolocom non habet i.

i. d. l. 6. si veditor in prin. & §. fin. h. tit. l. 5. ea quidē. C. si mācip. ita fuer. aliēa. vt manu.

## LIBER DECIMVS NONVS.

Disput. I. Respond. Antonius Heringius, Oldenburgensis.

## De actionibus empti &amp; venditi: Tit. I.

1. 2. 3. 4. 5. 6. Quomodo ante traditionem rei actione empti emptor experietur?  
7. & seqq. Quomodo post traditionem, & ex quibus causis?  
23. 24. 25. 26. 27. Quibus ex causis venditori actio venditi detur?  
28. Vbi deficiat actio?

a. l. ii. ex empto. in prin.  
h. tit. l. 19. quod vendidi, l.  
53. vt res emptoris, & l. 74.  
clauibus s̄. De contr. empt.  
l. pen. §. vlt. s̄. De peric. &  
com. rei. vend. l. i. C. De  
peric. com. rei. ven.

b. l. 13. Iulianus §. offerri  
h. tit. l. 8. si pater C. eo. tit.

I. Ex empto igitur actione, is qui emit vtitur: & ante omnia in hoc iudicium deducitur, quod præstari conuenit: quod si nihil conuenit, tunc ea præstabuntur, quæ naturaliter insunt, huius iudicij potestate, & in primis ipsam rem venditorem tradere oportet, quæ res, siquidem dominus fuit venditor, facit & emptorem dominum: si non fuit, euictionis nomine venditorem obligat, si modò precium est numeratum, aut eo nomine satisfactum a.

II. Emptor enim ne ab actione empti excludatur, offerre precium debet, cum ex empto agit: & si precij partem tantum offerat, nondum est ex empto actio, quia venditor quasi pignus retinere potest rem, quam vendidit b: imò verò si emptor alicuius legis beneficio pecuniam reivenditæ debere desierit, ante-

antequam premium ei solvatur, venditor rem tradere non compellitur, & si tradiderit sibi imputabit, nihil postea ab emptore consecutus c.

III. Quod si autem emptor vel premium solverit, vel id integrum offerat, tum recte ad traditionem, rei ex empto ager d, & venditori qui tradendae rei facultatem habet, necessitas traditionis incumbit e, adeo ut manu militari transferri ab eo possessio possit f: & si quis alienam rem vendiderit, & medio tempore haeres domino rei existat, cogetur implere venditionem g.

IIII. Si vero venditor tradendae rei facultatem non habet, aut alioqui emptor traditionem praecise urgere nolit, ager emptor ad id quod interest ipsius, rem habere, idque interdum premium egreditur, si plurius forte interest emptoris, quam res valet, vel epta est h: sed & cum res est apud alium, si non fatidat venditor se restitutum, si ad ipsum perveniat, quanti plurimi periclitabitur i.

V. Sic quoque si per venditorem vini mora fuerit, quo minus traderet, condemnari eum oportet, utro tempore plurius fuerit vinum, vel quo emit, vel quo lis in condemnationem deducitur, item quo loco plurius fuit, vel quo venit, vel ubi agatur: quod si per emptorem mora fuisset, deinde per venditorem mora fuisset, aestimari oportet premium, quod sit cum agitur, & quo loco minoris sit, non etiam si ibi ubi agitur, maioris sit: mora autem videtur esse

c. l. 50. bona fides h. tit.

d. d. l. ex empto. in prin.

d. l. ut res emptoris d. l. clauibus. cum d. l. pen. & d. l. i.

e. §. alia autem vers. per-

ficiuntur. I. De donat. l.

17. contractus vers. adeo C.

De fide instrum. l. 40. Quin-

tus Mutius h. tit.

f. l. 68. qui restituere. §.

De rei vend.

g. l. 46. si quis alienam

h. tit.

h. l. i. in prin. & d. l. ex em-

pto §. idem ait. h. tit. l. 4.

si traditio. l. 10. cum vendi-

torem. & l. 12. sicut pericu-

lum. C. eo.

i. d. l. ex empto §. vendito-

rem. & §. idem ait.

k. l. 3. §. cum per venditorem. & l. 51. si & per emptorem. h. tit. & l. 17. illud sciendum s̄. De peric. & com. rei vend.

l. l. 21. si sterilis §. cum per venditorem. h. tit. & fa. tex in l. vlt. s̄. De peric. & com. rei vend.

m. l. 3. in prin. h. tit.

n. l. 2. §. fin. h. tit.

o. d. l. 3. §. si iter & l. 6. tenetur §. si tibi iter. h. tit. l. vlt. s̄. De seruitut.

p. d. l. 11. ex empto. §. idē Neratius. h. tit.

q. d. l. 2. in prin. l. 4. si seruum §. si modus l. 6. tenetur. in prin. & l. 42. si duorum. h. tit.

r. d. l. tenetur §. si vas.

ptoris, si nulla difficultas venditorem impediat, quò minus traderet, & præsertim si omni tempore paratus fuit tradere<sup>k</sup>.

VI. Illa tamen solummodò utilitas, cum per venditorem steterit, quo minus rem traderet, in æstimationem venit, quæ circa rem existit, neq; enim si potuit ex vino, puta, negociari & lucrum facere, id æstimandum est, non magis, quàm si triticum emerit, & ob eam rem, quòd non sit traditum, familia eius fame laborauerit: nam precium tritici non seruorum fame necatorum consequitur, nec maior fit obligatio, quod tardiùs agit, quamuis crescat, si vinum aut triticum hodie pluris sit<sup>l</sup>.

VII. Datio vero possessionis, quæ à venditore fieri debet, talis est, vt si quis eam possessionem iure auocauerit, tradita possessio non intelligatur<sup>m</sup>: neq; vacua possessio èptori tradita intelligitur, si alius in ea legatorum fideiue commissorum seruandorum causa, in possessionem missus est, aut si creditores bona possideant, vel venter in possessione sit<sup>n</sup>: quòd si seruitutem prædio meo vendideris, cauere debes per te nõ fieri, quò minus vtar<sup>o</sup>: & alioqui in re tradenda, venditor præstare debet emptori, vt in lite de possessione potior sit emptor<sup>p</sup>.

VIII. Si modus agri minor inuenitur, pro numero iugerum venditor obligatus est: idemq; est si in partibus minus inueniatur, quo casu bonitas loci æstimatur<sup>q</sup>: & rursus ex empto actio erit, si integram mensuram aut integrum pondus non præstet<sup>r</sup>: vel si sciens, iniquis



quis ponderibus adhibitis fefellit <sup>f</sup>, aut in modo iugerum sciens [fefellit, etiamsi postea alluvione tantum accesserit, quantum dictum erat <sup>r</sup>.

<sup>f.</sup> l. 32. si quis à me. cum l. seq. b. tit.

<sup>t.</sup> l. 13. Iulianus §. 12. si Titius fundum. h. t.

IX. Quòd si sciens alienam rem, mihi ignorantanti vendideris, etiam priusquam euincatur, ex empto actio erit <sup>u</sup>: si rem sibi legatam imprudens quis emit ab hærede, vel dominium ex alia lucratiua causa post emptionem sit consecutus, precium datum repetere poterit <sup>x</sup>: &

<sup>u.</sup> l. 30. seruus quem. §. fin. b. tit.

<sup>x.</sup> d. l. Iulianus §. 13. si fundum. l. 29. cui res. b. tit.

qui sciens rem alienam vel alij obligatam vendidit, de dolo tenebitur, etiãsi adiectum sit in conuentione, ne eo nomine quid præstaret, <sup>y</sup>.

<sup>y.</sup> d. l. tenetur §. pen. & vlt. cum d. l. ex empto §. 8.

<sup>y.</sup> Cassius ait. & seq. item §. fin. b. tit.

X. Tenebitur item venditor actione ex empto, ad remittendam seruitutem, si in traditione seruum prædium fecerit, quod debebat tradere liberum <sup>z</sup>: sicut & ad id quod emptoris interest tenebitur, si improbato more versatus sit in celanda seruitutes vel id egit ne emptor ignorans, seruitute, istum fūdum qui vendetur, alij fundo debere, cognosceret <sup>a</sup>: aut si ignorantanti seruum furtiuum vel noxium venderit <sup>b</sup>, aut sterilem vel maiorem quinquaginta annis ancillam ignorantanti vendiderit <sup>c</sup>.

<sup>z.</sup> l. 8. si tibi liberum. h. ti.

<sup>a.</sup> d. l. i. §. i. l. 35. si quis fundum. & l. 39. quæro si quis h. tit.

<sup>b.</sup> l. 4. si seruum mihi. in prin. & d. l. ii. ex empto §. venditorem h. tit.

XI. Tenebitur etiam venditor emptori, si in qualitate fundi mentitus sit, non in modo, puta si dixit quinquaginta iugera esse vineæ & quinquaginta prati, & in pratis plus in vineis minus inueniatur: quamuis enim in vniuersum centum iugera reperiantur, tenebitur quanti emptoris interest, in qualitate eum deceptum non esse <sup>d</sup>: idemq; est, si sciens de tributo prædij non dixit <sup>e</sup>.

<sup>c.</sup> l. 21. si sterilis. in pr. h. tit.

<sup>d.</sup> d. l. si sterilis §. quamuis & l. 22. si in qualitate, cum l. 54. si fundo vendito. h. tit.

<sup>e.</sup> d. l. si sterilis §. i. & l. 41. in venditione. h. tit. l. 9. si minor C. eo

Rur

f. d. l. 39. *quæro si quis.*  
h. tit.

g. l. 43. *Titius, cum 2. ll.*  
seqq. h. tit.

h. l. 49. *qui per collusionē.*  
in prin. h. tit.

i. d. l. 13. *Julianus in pri.*  
cum §. *item qui furem.* §.  
quod autem diximus §. *si*  
*venditor.* & §. *idem Julia-*  
*nus.* quibus adde tex: in d. l.  
b. *tenetur* §. *si vas* h. tit.

k. d. l. *Julianus* §. *b. sed*  
*cum in factō.*

l. d. l. 3. §. 1. d. l. *Julian.* §.  
8. *si fructibus.* h. tit. l. 13.  
*fructus* & l. 16. *post perfectā*  
C. ea.

XII. Rursus tenebitur venditor, si circum-  
ueniendi emptoris causa ita fundum vendide-  
rit, vti intrā terminum eum possidebat, & cum  
sciret certam partem ad se nō pertinere, id non  
indicauit<sup>f</sup>: si seruos vendidit, & sciens ex fidei-  
commisso illis libertatem deberi, id celauerit<sup>g</sup>:  
si per collusionem imaginarium colonum, cir-  
cumueniendi emptoris causa, supposuit<sup>h</sup>.

XIII. Ita autem, vtrūm quis sciens, an ig-  
norans vendiderit, differentia constituitur, vt  
quī pecus morbosum, aut tignum viciosum ig-  
norans vendiderit, id tantūm ex empto actione  
præstet, quantō minoris emptor empturus  
esset, si id ita esse scisset: si sciens reticuit &  
emptorem decepit, omnia etiam detrimenta  
quæ ex ea emptione emptor traxerit, præstare  
debeat, puta si vicio tigni ædes corruerint, ædi-  
dium quoq; æstimatio præstabitur, vel si con-  
tagione morborum pecoris, pecora perierint, id  
omnino præstabitur<sup>i</sup>.

XIII. Quod si tutores, hoc idem fecisse  
proponantur, siquidem ipsi rem pupillarem  
vendiderunt, ex empto eos teneri nequaquam  
dubium est: sed si pupillus authoribus eis ven-  
didit, in tantum tenetur, in quantum locuple-  
tior ex eo factus est, tutoribus in residuum per-  
petuò condemnandis, quia nec post puberta-  
tem transfertur in pupillum, hoc quod dolo  
tutorum factū est<sup>k</sup>.

XV. Neq; verò ad ipsam rem consequen-  
dam solummodò, actio ex empto datur, sed  
etiam ad fructus rei<sup>l</sup>, & si quid ex operis ven-  
dito-

rum seruorum, vel ex vecturis iumentorum aut nauium accessit, si qua hæreditas, aut quod legatum seruo relictum sit <sup>m</sup>: item vt præstentur, quæ fundo aut ædibus venditis accedere solent <sup>n</sup>, vel quæ fortè accessura dicta sunt, vt pote dolia <sup>o</sup>: vt ex prioris venditionis instrumento ostendatur ius fuudi, eiusq; fines <sup>p</sup>: vt instrumenta solutorum tributorum exhibeantur <sup>q</sup>: vt prædium æstimatò in dotem datum, luatur ab obligatione creditoris <sup>r</sup>: agri tamen pensiones aut insularũ mercedes, si aliter conuentum non sit, ad venditorem, qui locauit, pertinebunt <sup>f</sup>.

XVI. Si iactum retis emero, & iactare rem piscator noluit, incertum eius rei æstimandum est: si quod extraxit piscium, reddere mihi noluit, id æstimari debet quod extraxit <sup>r</sup>: si partem tuam ex re communi mihi vendidisti, & antequàm traderes, communi diuidendo iudicio te conuento, fundus socio adiudicatus sit, quantum ob eam rem ab eo consecutus es, mihi præstabis: quòd si tibi totus fundus adiudicatus est, totum emptori trades, sed ita vt ille soluat, quod ob eam rem socio condemnatus es: si certis regionibus fundum inter te & socium iudex diuisit, sinè dubio partem tibi adiudicatam tradere debes <sup>u</sup>.

XVII. Redhibitionem porrò contineri quoq; empti iudicio, responsum est, & animalium venditor cauere debet, ea sana præstari, esse, bibere, vt oportet <sup>x</sup>: si stipulatio duplæ, quæ euictionis nomine interponi solet, non sit

T inter-

<sup>m.</sup> d.l. Iulianus §. 11. itē si quid ex operis & §. 16. si quid seruo. l. 23. si quis seruum. l. 24. si seruus. in prin. & §. 1. & l. 31. si ea res. in prin. h. tit.

<sup>n.</sup> d. l. Iulianus. §. fin. cū cum §. ll. seqq. l. 38. si venditor hominis §. fin. l. 52. creditor. §. fin. l. 53. si mercedem. §. 1. h. tit.

<sup>o.</sup> l. 26. si quis cū fundum. & l. seq. l. 54. si seruus §. fin. h. tit. l. 60. comprehensum. §. De contr. empti.

<sup>p.</sup> l. 48. Titius hæres. b. t.

<sup>q.</sup> d. l. 52. creditor. in prin. h. tit.

<sup>r.</sup> d. l. creditor. §. 1.

<sup>f.</sup> d. l. Iulianus §. 9. si in locatis. & l. 53. si mercedem. in prin. h. tit.

<sup>t.</sup> d. l. 12. si iactum. h. tit.

<sup>u.</sup> d. l. Iulianus. §. 15. idē Celsus.

<sup>x.</sup> d. l. 11. ex empto. §. redhibitionem. h. tit. & tot. tit. §. De ædilit. edicto & redhibet. & quanti minoris. & C. eo.

- y. d. l. ex empto. §. 8. interposita, ex empto etiam iudicium euictionis nomine dabitur y: idemq; est in pignore vendito euicto z, & in accessionibus euictis a, & in illa venditione habere licere b, vel si serui venditi nomine noxali iudicio quis condemnatus sit c.
- Cassius ait.
- z. d. l. ex empto. §. 9. sententiam.
- a. d. l. ex empto. §. 10. si quis rem
- b. d. l. ex empto. §. 11. qui autem.
- c. d. l. ex empto §. 6. idē libro.
- d. d. l. 6. tenetur. §. in locum. l. 36. venditor domus. & l. pen. in prin. hoc tit. l. 2. §. fin. cum l. seq. & l. 11. si vendita s. De peric. & com rei ven. l. 35. quod sæpè. §. si res vendita & l. 68. si cum fundum. s. De contr. empt.
- e. d. l. Iulianus. §. 14. in bis autem.
- f. d. l. Iulianus §. 10. sed si quid.
- g. §. utiq; tamen. l. De em. & vendit. d. l. quod sæpe §. si res vendita. s. De contr. empt. l. 13. si ea res. in prin. b. tit.
- h. d. l. 52. creditor. §. inter venditorem b. tit.
- i. d. l. Iulianus §. pen.
- k. d. l. 36. venditor domus. b. tit.
- l. d. l. 6. tenetur. §. si locum. b. tit.
- m. l. 25. qui pendentem. b. tit.
- XVIIII. Sed & hoc nomine venditor emptori tenetur, vt præstet damnum quod dolo suo aut culpa in re vendita dedit d, etiam in accessionibus e: item vt cedat actiones aduersus alios qui nocuerunt f, & ad rem persequendam g: vt cedat actiones extraordinarias, ad exigendum salarium venditæ militiæ h: item si exceptum sit, vt inquilino habitare ad tempus, colonouè perfrui liceat, & colonus aut inquilinus damnum dederit, emptor ex empto agens cogere poterit venditorem, vt ex locato cum illis experiatur, & quicquid fuerit consecutus, ipsi præstet i.
- XX. Indè quoq; venditor emptori actione ex empto tenebitur, si venditor stipulationem damni infecti non interposuit k: si venditor propiùs locum sepulchri venditum, antequam mortuus ibi inferretur, ædificauerit l: si cum pendentem vindemiam venditor emisset, vvas legere emptorem prohibuerit: quanquam si post rem traditam ea vti, aut fructus eius percipere prohibuerit, ad exhibendum vel iniuriarum actio erit m.
- XX. Si res euicta sit, & habere eam emptori non liceat, non solùm ad precij restitutionem agi potest, sed etiam ad impensas in eam rem factas

factas<sup>n</sup>, & ad vsuras precij, ac poenam in stipulationem deductam<sup>o</sup>, dum tamen in fraudem constitutionum de prohibito fœnore conuentio inita non sit p: si arrhæ nomine certa summa data sit, & conueniat vt discedatur ab emptione, tam ad distrahendam emptionem, quàm etiam ad arrhæ repetitionem, utilis erit ex empto actio q.

XXI. Si vterq; nostrum eandem rem emit, à non domino, & cum emptio venditioq; sine dolo malo fieret, tradita res est, siue ab eodem emimus, siue ab alio atq; alio, is ex nobis tuendus est, cui primùm tradita est r: si filius familiâs vendidit, vt pater familiâs tenebitur s: si procurator vendiderit & cauerit, cum domino ex empto utiliter agi potest r.

XXII. Si seruus vendiderit & fideiussor quasi pro libero intercesserit, dominus ultra peculij taxationem non tenebitur u: si hæres testamento quid vendere damnatus sit, & vendiderit, de reliquis, quæ per consequentiam emptionis propria sunt, vel ex empto, vel ex testamento agi cum eo poterit, nisi falso existimans se damnatum dare, promississet x: imò & propria empti actio & hæreditaria concurrere possunt, sed hoc casu si volet separatim duarum actionum commodo vti, ante aditam hæreditatem propriam, deinde aditam hæreditatem, hæreditarium venditorem conuenire debebit y.

XXIII. Ex vendito actio venditori competit, ad ea consequenda, quæ ei ab emptore præstari oportet, in primis vt soluatur precium

n. l. 34. Titius cum decederet. cum 2. ll. seqq. b. tit.

o. l. 47. Lucius Titius b. tit

p. d. l. 13. Iulianus. § 22.

ibidem Papinianus, aliâs

idem Papiniâ h. tit. & vide

in den Reichs abscheidten/

die Reformation guter Pos-

licei zu Nuspurg/ Anno.

1. 5. 30. auffgericht. tit. von

wucherlichen contracten. mi-

hi parte 1. fol. 208. item

in der Reformation guter

Policen zu Nuspurg Anno.

1. 5. 48. auffgericht. tit. von

Wucherlichen contracten

mibi parte 2. fol. 54. vide

etiam And. Geyl. obs. pract.

l. b. 2. obs. 9.

q. d. l. 11. ex empto. § 3. id

qui vna. b. tit. l. vlt. C.

Quando lic. ab empt. dis-

r. d. l. 6. tenetur. § si fili-

usfa. b. tit.

f. l. 31. si ea res § finali.

b. tit.

t. d. l. Iulianus. § 21. si

procurator.

u. l. 34. si seruus § fin.

b. tit.

x. l. 6. si hæres n. tit.

y. l. 10. non est nouum

b. tit.

- l. d. l. 13. Iulianus §. 17. ex vendito. cum §. seq. & l. 47. Lucius Titius. in fine. cum l. 51. si & per emptorem. h. tit. l. 1. & 2. l. 5. & curabit. l. 6. venditi. cum seq. et l. 13. fructus. C. eo.*
- a. d. l. Iulianus. §. 22. ibidem Papinia. h. tit. & d. tit. von Wucherlichen contra. Den parte 1. & 2. in Reichs abscheiden.*
- b. l. vlt. s. De peric. & com. rei vend.*
- c. d. l. 49. qui per collusionem. §. fin. h. tit.*
- d. d. l. Iulianus. §. 19. præterea ex vendito. & l. 38. si venditor. §. 1. h. tit. d. l. 13. fructus. & d. l. 16. post perfectam. C. eo.*
- e. d. l. 2. in fin. C. h. tit.*
- f. l. 9. si is qui lapides. h. tit.*
- g. l. 30. seruus quem. h. tit.*
- h. l. 45. idq; & Iulianum. in prin. h. tit.*
- i. d. l. 6. tenetur. §. 1. h. tit.*
- k. l. 8. si tibi liberum. h. tit.*
- l. d. l. Iulianus §. 19. præterea ex vendito. vers. vlt. m. d. l. Iulianus. §. 20. si inter emptorem.*
- n. l. 21. si sterilis. §. pen. et vlt. d. l. Iulianus. §. pen. & d. l. 53. si mercedem. §. fin. b. tit.*
- o. l. 28. prædia. h. tit.*
- um quanti res venit, & vt soluantur precij v-  
 furæ post moram, vel post diem traditionis z:  
 non etiam vt solvatur duplum precij in frau-  
 dem constitutionum a, vel quod venditor mo-  
 ra non facta consequi potuit, veluti si negocia-  
 tor fuit, & precio soluto ex mercibus plus,  
 quàm ex vsuris quærere potuit b: nec precij  
 sorte, licèt post moram soluta, vsuræ peti pos-  
 sunt, cum hæ non sint in obligatione, sed offi-  
 cio iudicis præstentur c.
- XXIII.** Deinde verò competit etiam ex  
 vendito actio contra emptorem, ad sumptus &  
 impensas post contractam venditionem in rem  
 venditam factas d, & vt restituat fructus ante  
 contractam venditionem perceptos e, vt res  
 emptas auferat f, vt refarciat venditor si ser-  
 uus venditus cū peculio, ante traditionē furtū  
 fecerit g, vel si seruus redditus deterior apud  
 emptorem factus sit h.
- XXV.** Sed & hoc nomine ex vendito ad-  
 uersus emptorem actio competit, vt præstet  
 quod conuenit, nimirum vt reficiat insulam i,  
 vt seruitutem fundo imponi patiatur k, vt re-  
 um det locupletem l, vt partem precij præstet,  
 quanto pluris rem rursus vendiderit m, vt fun-  
 dum mihi retrouendat, vel locet, aut inquilinū  
 habitare vel colonum frui patiatur n, & vt pæ-  
 nam promissam præstet, si non fecit, quod con-  
 uenerat o.
- XXVI.** Datur quoq; ex vendito actio con-  
 tra emptorem, ad hoc quanto pluris res vendi  
 potuisset, si dolo emptoris factum sit, vt mino-  
 ris

ris res venierit p: quanquam si colludente pro-  
curatore, minoris res vendita est, discedere  
ob id etiam licet ab emptione, quod & in mi-  
nore viginti quinque annis circumvento recep-  
tum est q: si pupillus vendiderit, ex vno latere  
tantum constat contractus, vt emptor quidem  
obligatus sit, sed pupillus non r.

p. d. l. 13. Iulianus. §. 4.  
per contrarium.

q. d. l. Iulianus §. 23. si  
quis colludente.

r. d. l. Iulianus §. 24. si  
quis à pupillo.

XXVII. Si quis à me oleum, quod emisset,  
iniquis ponderibus accepisset, vt in modo me  
falleret, petere potest venditor, sibi dare oportere,  
quod plus est f: si procurator meus vendiderit &  
cauerit, si modò rem vendendam mandauit, vtilem  
habebo ex vendito actionem contra emptorem t.

f. d. l. 32. si quis à me. b. t.

t. d. l. Iulianus. §. 21. si  
procurator. b. tit.

u. l. vlt. h. tit.

XXVIII. Si seruus venditus in hostium  
sit potestate, officio iudicis sustinenda est præ-  
statio u: sed & expulsus de fundo per violentiam,  
ab eo, qui jus in eo non habet, venditor defendere  
non cogitur x: & vltra id quod debetur, morâ non  
factâ, exigi nihil potest y: neque actio in rem aduersus  
emptorem datur, etiam si

x. l. vlt. C. eo.

y. l. 15. vltra modum. C.

b. tit.

z. l. 1. & 3. C. b. tit.

arrha data sit, sed ex vendito, personali  
actione agendum  
est z.

Disput. II. Respond. Henricus Scharnborst, Neapolitanus.

Locati & Conducti. Tit. 2.

- 1. & seqq. Locatio & conductio quomodo contrahatur?
- 22. & seqq. Conducti actio quando competat, & ad quid?
- 31. & seqq. Locatio actio quando, & ad quid competat?
- 37. 38. 39. Vbi deficiant actiones locati & conducti?

- I. **L**ocatio & conductio proxima est emptioni & venditioni, iisdemq; juris regulis consistit <sup>a</sup>: nam & hæc naturalis atq; omnium gentium existens, non verbis, sed consensu contrahitur <sup>b</sup>: & vt emptio & venditio contrahitur, si de precio rei conuenerit, ita quoq; locatio & conductio contrahi intelligitur, si de mercede conuenerit <sup>c</sup>: & appellationibus sicut in emptione & venditione, ita etiam in locatione & conductione veteres promiscuè vfi sunt <sup>d</sup>.
- II. Adeò autem familiaritatem aliquam videtur habere emptio & venditio, item locatio & conductio, vt in quibusdam quæri soleat, vtrum emptio & venditio sit, an locatio & conductio: vt ecce si cum artifice mihi conuenerit, vt is ex auro suo annulos mihi faceret, certi ponderis certæq; formæ, & acceperit, verbi gratia, trecenta, quamuis dubitaretur, placuit tamen emptionem & venditionem esse: quòd si ego aurum dederò, mercede pro opera constituta, locatio & conductio erit <sup>e</sup>: quod & tunc dicendum est, cum vt suum aurum subijcere possit aurifex, conuentum est <sup>f</sup>: quamuis egrediatur ea res notissimos locationis terminos, vtpote quæ non solet transferre dominium, neq; possessionem etiam, sed constituit tantum alterum in possessione nomine domini <sup>h</sup>.
- III. Pro regula igitur traditum est, non posse vllam locationem esse, vbi corpus ipsum non datur ab eo, cui aliquid fit <sup>i</sup>, & tum demum locatio est & conductio, quoties materia
- a. l. 2. in prin. h. tit. et concordat. tex. in prin. tit. I. de locat. & conduct.*  
*b. l. 1. b. tit.*  
*c. d. l. 2. in prin. & d. prin. tit. I. de locat. & conduct.*  
*d. l. 19. veteres. cum l. seq. s. de act. empti & vend.*  
*e. d. l. 2. §. adeò autem. §. item quæritur. I. de locat. & cond. & est tex. similis. in l. 65. conuenit mihi. s. de contrah. empt.*  
*f. l. 31. in nauem Saufey. h. tit.*  
*g. l. 39. non solet. h. tit. & fa. tex. in l. 24. Lucius Titius. s. de positi. l. 8. rei commodatæ. cum l. seq. s. com. modati.*  
*h. l. 60. cum in plures. §. heredem h. tit. §. possidere. I. de interditi.*  
*i. l. 20. Sabinus. s. de contrah. empt.*

ria



ria in quo aliquid præstatur, in dominio dantis manet: quoties verò & res immutatur & alienatur, vel si nihil aliud quam pecuniam damus, pro ea re, quam nobis fieri volumus, emptio & venditio potius, quam locatio & conductio esse intelligi potest <sup>k.</sup>

*k. d. l. Sabinus. & d. l. conuenit mihi.*

III. Quòd si tamen insulam ædificandam conduco, vt sua impensa locator omnia faciat proprietatem quidem eorum ad me transfert, sed nihilominus locatio est <sup>l.</sup>: & si ædes faciendas ita conduxerim, vt quoad in opus, lapidis opus erit, pro lapide & manu precio, locatori in singulos pedes septem darem, etiam imperfectum opus metiri oportet <sup>m.</sup>

*l. 23. item si precio. §. 1. & seq. b. tit.*

*m. l. 30 qui insulam. §. qui eadem. b. tit.*

V. Non aliter tamen locatio & conductio contrahitur, quam si de certa mercede conuentum sit <sup>n.</sup>: quòd si autem ego decem tibi locauro fundum, tu existimes quinq; te conducere, nihil agitur: attamen si ego minoris me locare sensero, tu pluris te conducere, contrahetur obligatio, sed vtiq; non pluris erit conductio, quam quanti ego locator putauit <sup>o.</sup>

*n. d. l. 2. in prin. b. tit. & d. prin. tit. l. De Locat. & Conduct.*

VI. Rursus quoq; si merces generaliter promissa sit, alieno arbitrio, locatio & conductio contrahi non videtur: si autem quanti Titius æstimauerit, sub hac conditione stabit locatio, et si quidem ipse, qui nominatus est, mercedem definierit, omnimodò secundum eius æstimationem, & mercedem persoluere oportebit, & conductio ad effectum perueniet: Si autem ille vel noluerit, vel non potuerit mercedem definire, tunc pro nihilo erit conductio, quasi nulla mercede constituta <sup>p.</sup>

*o. l. 52. si decem. b. tit.*

*p. l. 25. si merces in prin. b. tit.*

Mer-

q. d.l. si merces. §. vis maior. & l. 8. si pascenda. C. De pact.

r. l. 21. si olei. in prin. C. h. t. f. l. 29. sed addes. §. si dominus h. tit.

t. §. adeo autem. I. De locat. & conduct. l. 1. cum 2. ll. seqq. §. si ager vedigal. vel emphyteut. peta. l. 1. & 2. seqq. C. De iure emphyteut. & toto tit. C. De agricol. & censit. & colonis lib. 11.

u. l. 10. viam veritatis. C. De locato & conducto.

x. d. §. adeo autem. I. h. tit. l. 13. item queritur. §. fin. h. tit. & fa. tex. in Nou. 120. De alienat. & emphyteut. & c. §. locationes. & §. emphyteuses.

y. l. 4. locatio. h. tit.

z. d. l. 10. viam veritatis. C. De locato & conducto.

a. l. 24. contractus locationis C. d. tit.

b. d. l. viam veritatis.

c. l. 11. inuitos. C. h. tit.

VII. Merces verò non solùm in pecunia numerata consistere potest, sed etiam in alijs rebus fungibilibus, vnde alius dicitur esse colonus, qui ad pecuniam numeratam conducit, alius qui ita conducit vt vini, olei, frumenti aliorumq; fructuum certam quantitatem præstet, qui colonus partiarius vocatur q: & alibi expressum est, ita quoq, locationem & conductionem contrahi posse, vt ex vna tantùm specie frugum, certam quantitatem præstet, puta certam ponderationem olei r: & rursus ita conuenire potest, vt frumenti certum modum, certo precio dominus accipiat f.

VIII. Porrò quamuis respectu emphyteutici & censualis contractus, qui quasi species quædam sunt singulares locationis & conductionis t, locatio aut temporaria aut perpetua esse dicatur u, tamen de vulgaris locationis natura est, quòd ea ad tempus tantùm duret x: vnde & illud est, quòd locatio precarij uè rogatio ita facta, quòd ad is qui locasset dedisset uè, vellet, morte eius qui locauit, tollatur y.

IX. Intrà tempora tamen locationis & conductionis, cū ad tempus ea contracta est, ius ad hæredes transit z: & quamuis non interuenerint instrumenta, hæredes tamen vtrinq; tenebuntur, quia sinè instrumentis etiam locatio & conductione rectè contrahitur a: & viam veritatis ignorare dicitur, qui ignorat in conductionibus non succedere hæredes b, quamuis inuiti conductores vel hæredes eorum, post tempora locationis impleta, non debeant in re conductione retineri c.

Qui

X. Qui impleto tempore conductionis remansit in conductione, non solum reconduxisse videtur, sed etiam pignora conductoris videntur durare obligata, si non alius pro eo in priori conductione res obligauerat: tunc enim huius nouus consensus necessarius est: tacito autem istiusmodi consensu reconductum videtur praedium rusticum, in annum solummodo, & ita deinceps in vno quoque anno, etsi lustrum ab initio fuerat <sup>d</sup>: in vrbanijs praedijs, prout quisque habitauerit, ita & obligatur, nisi in scriptis forte certum tempus comprehensum est <sup>e</sup>.

XI. Quamuis autem huiusmodi contractus, etiam sine verbis & sine scriptura ex nudo consensu & tacita voluntate conualescant, si tamen ante finita priora locationis & conductionis tempora, dominus decesserit vel furere ceperit, non potest intelligi locatio, cum eo redintegrata <sup>f</sup>: & rursus quanquam in mercede locationis & conductionis inuicem se circumscribere in modico possint contrahentes <sup>g</sup>, & sub conditione possit contrahi locatio & conductione, tamen donationis causa non recte contrahitur, itemque si quis vno nummo conduxerit, conductione nulla est <sup>i</sup>.

XII. Si in lege locationis comprehensum sit, ut arbitrato domini opus approbetur, perinde habetur, ac si viri boni arbitrium comprehensum fuisset, idemque seruatur si alterius cuiuslibet arbitrium comprehensum sit: nam fides bona exigit, ut tale arbitrium praestetur,

V

quale

<sup>d</sup>. d. l. 13. item quaeritur.  
<sup>h</sup>. qui impleto. l. 14. qui ad certum. b. tit. l. 7. si cum Hermes. & l. 16. legem quidem. C. De locato & conducto.

<sup>e</sup>. d. l. item quaeritur. §. fin

<sup>f</sup>. d. l. qui ad certum.

<sup>g</sup>. d. l. 22. item si precio. §. fin. b. tit. & fa. tex. in l. 16. in causa cognitione. §. pen. §. De mino. 25. annis. b. l. 20. sicut emptio. b. tit. i. l. 46. si quis conduxerit. b. tit.

k. l. 24. si in lege locatio-  
nis. in prin. b. tit.

l. § qui pro vsu. l. de loca-  
tione & conduct. l. 9. si quis  
domum. §. pen. l. 11. videam-  
mus. in prin. & 3. §. seqq.  
d. l. 13. item quaeritur. §. 1. et  
7 seqq. l. 19. sed addes. §. 1. et  
2. l. 25 si merces. §. con-  
ductor. cum 3. seqq. b. tit. l. 27.  
in iudicio. C. eod.

m. d. ll. & fa. tex. in l. 6.  
quæ fortuitis. & l. 9 pignus.  
C. de pignoratit. act.

n. l. 36. opus quod auersio-  
ne. cum l. seq. b. tit.

o. § conductor. l. de locat.  
& conduct. d. l. 25 si merces.  
§. conductor. b. tit. l. 16. le-  
gem. C. eo.

p. d. l. 25 si merces. §. con-  
ductor.

quale viro bono conuenit, idq; arbitrium ad  
qualitatem operis, non ad prorogandū tempus,  
quod lege finitum sit, pertinet, nisi id lege lo-  
cationis & conductionis sit comprehensum <sup>k</sup>.

XIII. Præstatur autem in hoc contractu  
dolus & culpa, non etiam casus fortuitus <sup>l</sup>, sed  
huius periculum ad rei dominum spectat <sup>m</sup>:  
quod si opus auersione locatum est, donec ap-  
probetur, conductoris periculum est: quod  
verò ita conductum sit, vt in pedes mensurasuè  
præstetur, eatenus conductoris periculo est,  
quatenus ad mensum non sit: & in vtraq; causa  
nocebit locatori, si per eum steterit, quò minus  
opus approbetur, vel admetiatur: si tamen vi  
maiore opus prius interciderit, quàm appro-  
baretur, locatoris periculo est, nisi aliud actum  
sit: non enim amplius præstari locatori oportet,  
quàm quod sua cura atq; opera consecutus  
sit conductor, qui opus faciendum suscepit <sup>n</sup>.

XIIII. Conductor porro omnia secundum  
legem conductionis facere debet, & si quid in  
lege conductionis omissum sit, id ex bono & æ-  
quo eum præstare oportebit <sup>o</sup>: & ante omnia  
curare colonus debet, vt opera rustica suo  
quæq; tempore faciat, ne intempestiua cultura  
deterior fundus fiat: prætereà villarum curam  
agere debet, vt eas incorruptas habeat <sup>p</sup>: & si  
ita in lege locationis scriptum sit, redemptor  
sylvam ne cædito, neuè cingito, neuè vrito, ne-  
uè quem cingere, vrere permittito, id videbi-  
tur

tur voluisse locator, vt redemptor, non solùm si quem vidisset syluam cædere, prohiberet, sed vt i caueret, & daret operam, ne quis cæderet q.

q. l. 29. in lege locationis.  
h.tit.

XV. Si quò ad in opus, op<sup>o</sup> lapidis erit, pro lapide & manuprecio, dominus redemptori, in pedes singulos, septem dare sponndit, etiam imperfectum opus metiri oportebit r: & qui operas locauit, totius temporis mercedem accipere debet, si per eum non stetit, quò minùs operas præstaret f, & medio tempore operas alteri non locauit t: Aduocati quoq; , si per eos non steterit, quò minùs causam agant, honoraria reddere non debent u.

r. l. 30. qui insulam. §. qui eadem. h.tit.

s. l. 38. qui operas. in prin. h.tit.

t. d. l. 19. sed addes. §. fin. h.tit. l. 4. §. de offic. assessor.  
u. d. l. qui operas. in fine.

XVI. Si ea lege fundum locaui, vt si non ex lege coleretur, mihi eum alteri relocare liceret, & quò minùs locassem, hoc mihi præstaretur, nec conuenit, vt si pluris locassem, hoc tibi præstaretur, & nemine fundum colente, pluris ego eum relocaui, meo commodo id cederet, quasi conuenisset, ne quid præstaretur tibi, si ampliore pecunia fundus esset locatus x.

x. l. si ea lege. in prin. h.t.

XVII. Quòd si in operis locatione dictum sit, ante quem diem effici deberet, deinde si ita factum non esset, quanti locatoris interesset, tantam pecuniam conductor promisit, eatenus obligatio contrahetur, quatenus vir bonus de spacio temporis æstimabit, quia id apparet actum esse, vt eo spacio absolueretur, sine quo fieri non posset y: opera autem duobus simul

y. l. 58. insulam. §. in operis. h. tit.

**Z.** *l. 26. in operis. h. tit.* locata, conuenit priori conductori antè satisfieri <sup>z.</sup>.

**a.** *d. l. 13. item quæritur, §. duo rei. l. 47. cum apparebit, h. tit. l. 13. si diuisa. C. eod.* XVIII. Sed & duo vel plures correi, vnius locationis vel conductionis, in solidum constitui possunt <sup>a.</sup>, quo tamen casu beneficium di-

**b.** *d. l. cum apparebit, & d. l. si diuisa, quibus textibus iunge auth. h. ita. C. de duobus reis. & N. 91. De duob. reis promitt. in prin. & §. 1.* diuisionis & cessionis non debet illis auferri <sup>b.</sup>: & duo proprios suos fundos, alternis annis, alter alteri locari possunt: ac rursus socij sibi inuicem communem fundum alternis annis locare possunt <sup>c.</sup>: si fideiussor detur in omnem causam, is onus quoq; vsurarum, post moram, agnoscere cogetur <sup>d.</sup>: attamen qui fideiussor extitit apud mancipem, pro colono publicorum præ-

**c.** *l. 35. & hæc distinctio. §. fin. h. tit.* diorum, quæ manceps ei colono locauit, Reipublicæ non tenetur, sed fructus tantum in eadem causa pignoris manent <sup>e.</sup>: nam & res posterioris conductoris domino non obligantur <sup>f.</sup>.

**d.** *l. 54. quæro. in prin. h. t.* XIX. Nemo verò prohibetur rem, quam conduxit, fruendam alij locare, si nihil aliud conuenit <sup>g.</sup>: ideoq; cum in plures annos domus locata est, præstare locator debet, vt non solum habitare conductor ex calendis illis, cuiusq; anni, sed etiam locare habitatori, si velit, suo tempore possit: & si ea domus, ex calendis Ianuarijs, fracta, in calendis Iulij permanfit, ita vt nec habitare quisquam, nec ostendere alicui posset, nihil locatori conductor præstabit, adeò vt nec cogi possit ex calendis Iulij refecta domo habitare, nisi paratus fuisset locator commodam domum ei præstare <sup>h.</sup>.

**e.** *l. 53. qui fideiussor. h. tit.*

**f.** *d. l. 24. si in lege §. si colonus, h. tit.*

**g.** *l. 6. nemo prohibetur. h. tit.*

**h.** *l. 60. eum in plures, in prin. h. tit.*

**XX.** Qui in horreum suum res alterius recipit,

cipit, & mercedem pro custodia accipit, etiam *i. l. 40. qui mercedem,*  
in leuissima culpa, periculum custodiae praestat: *cum l. seq. b. tit. l. 1. C. eod.*

sed de damno ab alio dato, non tenebitur, quia  
nulla custodia consequi posse videtur, ne dam-  
num iniuria ab alio detur *i*: si locator horrei  
propositum habuit, se aurum, argentum, mar-  
garitam non recipere suo periculo, deinde cum  
sciret, has res inferri passus est, perinde tene-  
bitur, ac si, quod propositum habebat, remi-  
serit *k*: Rerum tamen custodiam, quam horrea-  
rius conductoribus praestare debet, locatorem  
totorum horreorum, horreario praestare non  
oportebit, nisi in locando aliter conuenit *l*.

*k. d. l. cum in plures. §. locator.*

*l. d. l. cum in plures. §. fin.*

**XXI.** Qui alicuius rei usum conduxit, &  
ad refectionem eius, certam pecuniam promi-  
sit, ita demum eam praestare tenetur, si satisde-  
tur in istius rei refectionem impendi *m*: qui  
verò domum faciendam conduxit, si operis  
parte effecta, vi naturali, puta terrae motu,  
conculsum sit aedificium, locatoris periculum  
erit *n*: itemque si insulam aedificatam, labes, quae  
foli vicio accidit, antequam insula locatori  
probaretur, corruperit, locatoris erit pericu-  
lum *o*.

*m. d. l. 57. qui domum, §. fin. b. tit.*

*n. l. 59. Marcius, b. tit.*

**XXII.** Ex conducto igitur actio conducto-  
ri datur *p*, etiam si statim, simulatque, locatio con-  
ductioque contracta esset, remissa sit pensio *q*:  
competit autem ex his causis ferè, ut puta si re,  
quam conduxit, frui ei non liceat, fortè quia  
possessio ei, aut totius agri, aut partis non præ-  
statur, vel quia villa non reficitur, vel stabulum,  
agendum erit ad hoc, ut praestetur & frui li-

*o. l. vlt. b. tit.*

*p. l. 15. ex conducto in*

*in prin. b. tit.*

*q. l. 5. si tibi habitationem, b. tit.*

V 3, ceat,

r. d.l. ex conducto. in pr. ceat, utq; reficiatur r: quod si fundus incendio  
 s. d.l. 30. qui insulam. §. consumptus f, aut propter stuprum fortè, di-  
 edilis. h. tit. midia parte bonorum in fiscum redacta t, pub-  
 t. §. item lex Julia de a- licatus sit u, & ad usum vel fructum præstari  
 dulterijs. l. de publ. iudic. non possit, pro rata temporis portione, quo  
 u. l. 33. si fundus. h. tit. usus quis vel fructus non est, mercedem datam  
 x. d.l. qui insulam. §. edi- vsum quis vel fructus non est, mercedem datam  
 lis. & d.l. si fundus. repetere potest x.

y. d.l. si fundus in fine. cū  
 l. seq.

z. d.l. ex conducto. §. r. cū  
 s. seqq. l. 19. sed a ldes. §. si  
 quis. cū. & d.l. 25. si mer-  
 ces. §. vis maior. h. tit.

a. l. 32. qui fundum. h. tit.

XXIII. Sed etsi colonus tuus fundo frui,  
 à te, aut ab eo prohibeatur, quem tu prohi-  
 bere, ne id faciat, possis, tantum ei præstabis,  
 quanti eius interfuerit frui, in quo etiam lu-  
 crum eius continebitur: sin verò ab eo inter-  
 pellabitur, quem tu prohibere, proptet vim  
 maiorem aut potentiam eius, non poteris, ni-  
 hil amplius quàm mercedem ei remittere, aut  
 reddere debebis y: vis enim maioris tempesta-  
 tis, seu vis maior, quam Græci *Ἰεὺ Βίω* appel-  
 lant, non debet conductori, qui partiarius non  
 est, damnosa esse, si plus quàm tolerabile sit,  
 læsi fuerint fructus, vel enormis contigerit ste-  
 rilitas, nec sequentium annorum vbertate re-  
 compensatum sit hoc damnum z.

XXIII. Quod si is, qui fundum in plu-  
 res annos locauerat, decessit, & eum fundum  
 alij legauit, cogi quidem non potest colonus,  
 ut eum fundum colat, quia nihil hæredis inter-  
 est: sed si colonus velit fundum colere, & à le-  
 gatario prohibeatur, hæres colono, actione ex  
 conducto, tenebitur hoc detrimentum resar-  
 cire a: sic quoq; qui rem locatam vendit, cu-  
 rare debet, ut conductori ius suum integrum  
 feruetur, alioquin prohibitus is, aget ex con-  
 ducto



ducto <sup>b</sup>: emptor enim locationem conductori <sup>b</sup>. *d.l. si merces. §. qui fundum.*  
feruare non tenetur, nisi ea lege emit <sup>c</sup>.

XXV. Si quis domum bona fide emptam <sup>c</sup>. *l. 9. emptorem. C. de locato & conducto.*  
vel fundum locauerit mihi, isq; euictus sit sine

dolo malo culpaq; eius, nihilominus mihi tenebitur ex conducto, vt præstetur frui, quod conductum erat, licere, vel alia præstetur æquè <sup>d</sup>. *l. 9. si quis domum. in prin. b. tit.*  
commoda habitatio, vel præstetur quãti mea interest habitare & perfrui licere: quod & tum

locum habet, cum domus conductæ habitatio alteri rursus elocata est <sup>e</sup>: si usufructuarius <sup>e</sup>. *l. 7. si tibi alienam. & l. 9. nos videamus. b. tit.*  
fundum in quinquennium locauerit & mortuus sit, hæres eius ad hæc non tenebitur, nisi

non vt fructuarius, sed quasi dominus ille locasset <sup>f</sup>. <sup>f</sup>. *d.l. si quis domum. §. hinc subiungi.*

XXVI. Si alienam domum mihi locaueris, eaq; mihi legata, vel donata sit, ad posterioris quidem temporis vsuras non tenebor, attamen ex conducto agere poterò, vt repetam cautionem, vel des mihi apocham, acceptouè me liberes, sicut & ad pensiones temporis prioris omnino ego teneor <sup>g</sup>: & deniq; si timore imminentis ruine, vel propter aliud graue transuersarium conductori habitare non licuerit, agere de hoc conductor poterit <sup>h</sup>. <sup>g</sup>. *d.l. si quis domum. aliàs. l. si quis fundum. §. fin. cum l. seq. & ibi gl. & Dd. b. tit. & fa. tex. in l. vlt. §. Titius. §. de cond. indeb. l. 19. plures. C. de fide instrum.*

XXVII. Si insulam ego à te conduxì triginta, & ego eam elocauì rursus quadraginta tuq; demoliaris ædes, si quidem necessariò, <sup>h</sup>. *l. 27. habitatores. in pr. & §. fin. cum l. seq. b. tit.*  
eius solummodò habebitur ratio, quanti tu mihi locasti: si verò non necessariò, id etiam in

considerationem veniet, quantò pluris ego elocauì <sup>i</sup>: quanquam si quis alienum prædium sciens <sup>i</sup>. *l. 30. qui insulam. in pr. b. tit.*

- k.* l. 35. & hæc distinctio, ens contra ius locauit, & domino demolienti resistere non possit, is simpliciter ad id quod conductoris interest tenebitur<sup>k</sup>: sicut è contrà non tenebitur locator, si partem tantùm ædificij reficiat, & conductori nihilominus habitare licuerit<sup>l</sup>.
- l.* d. l. habitatores, in prin. & §. fin. cum l. seq. **XXVIII.** Si vicino ædificante grauiter obsecurentur lumina cænaculi, tenebitur hoc etiam nomine locator, inquilino: certè quin liceat colono vel inquilino relinquere conductionem, nulla dubitatio est: de mercedibus quoq; si cum eo agatur, reputationis ratio habenda est<sup>m</sup>: eademq; intelligimus si ostia fenestrasuè nimium corruptas locator non restituat<sup>n</sup>: atq; ita agi etiam ex conducto potest, vt præstentur de quibus conuenit<sup>o</sup>, vel quæ solent rebus conductis accedere<sup>p</sup>.
- m.* d. l. 25. si merces. §. si vicino h. tit. **XXIX.** Deinde verò hoc etiam nomine locator à conductore conueniri poterit, vt recuperet id, quod rei conductæ, nomine locatoris impendit, vel auferre id, ei permittatur, puta si ostium vel quæ alia adiecit<sup>q</sup>: item vt refarciatur ei damnum, quod dolo vel culpa locatoris sensit<sup>r</sup>, puta si in pastu pecoris, reficienda aut farcienda veste<sup>s</sup> si in habendo igne<sup>t</sup>, in re transportanda, cauè restituenda<sup>u</sup>, in puero, quem erudiebat, emendando<sup>x</sup>, in gemma includenda aut sculpenda<sup>y</sup>, nocuit, si sciens vel ignorans vasa viciosa locauit, aut sciens locauit saltum pascuum, vbi mala herba nascebatur<sup>z</sup>.
- n.* d. l. 15. ex conducto in prin. & d. l. 19. sed addes, §. illud nobis. **XXX.** Si messem alius, inspiciente colono, sustu-
- o.* d. l. ex conducto, in pr.
- p.* d. l. sed addes §. illud nobis.
- q.* d. l. sed addes. §. si inquilinus. l. 55. dominus horreorum. §. 1. l. 60. cum in plures. §. vehiculum, cum l. pen. in prin h. tit.
- r.* l. 28. in iudicio. C. De locato & conducto.
- s.* d. l. 9. si quis domum aliàs. l. 10. si quis fundum, §. fin & d. l. 13. item quæritur, §. si fullo.
- t.* d. l. 11. videamus in prin. & 2. §. seqq. cum §. fin. h. tit.
- u.* d. l. videamus. §. qui vinum, & d. l. 13. item quæritur. §. 1. & 2. seqq.
- x.* d. l. item quæritur. §. item Iulianus, et l. 5. sed ctsi quemcunq; §. fin. cum l. seq. §. ad leg. Aquil.
- y.* d. l. item quæritur. §. si gemma.
- z.* d. l. sed addes. §. 1.

fustulit, agere ex conducto colonus cum domino potest, vt frumentum dominus condicat, & conductori restituat <sup>a</sup>: Si, dū pupillus, hæreditate conductoris delata, abstentus esset, res alij locata sit, agi pupilli nomine poterit, vt prioris locationis conductionisq; iure liberetur <sup>b</sup>: quòd si perditorum vestimentorum æstimationem, conductor locatori præstiterit, ad hoc agere conductor potest, vt cedat ei locator vindicationem & conductionem <sup>c</sup>: transit autem ex conducto actio etiam ad hæredem <sup>d</sup>.

XXXI. Locati actio locatori aduersus conductorem datur, vt rem restituat, finito vsu, aut quod interest locatoris, præstet, quanti aduersus eum in litem iuratum fuerit <sup>e</sup>: quinimò ex Zenonis Imperatoris constitutione, conductores alienarum rerum, seu alienam cuiuslibet rei possessionem precario detinentes, seu hæredes eorum, si eam dominis, repetere volentibus non restituerint, sed litem vsq; ad definitiuam sententiam expectauerint, non solum rem locatam, sed etiam æstimationem eius victricis parti, ad similitudinem inuasoris alienæ possessionis, præbere compelluntur <sup>f</sup>.

XXXII. Deinde verò agitur hac actione aduersus conductorem, vt mercedem soluat, cū vsuris legitimis, post moram commissam <sup>g</sup>: adeò vt in exustis quoq; ædibus, eius temporis quo ædificium stetit, merces præstanda sit <sup>h</sup>: & in re conductori legata donatauè, præteriti temporis mercedes præstari debeant <sup>i</sup>, onerisq; impositi merces soluenda sit, etiam si pro-

X pter

a. d. l. 60. cum in plures. §. si messem. h. tit.

b. d. l. 15. ex conducto. §. fin. cum s. resp. seqq. h. tit.

c. d. l. 25. si merces. §. fina.

d. d. l. sed addes. §. ex conducto.

e. l. 48. si cui locauerim. §. fin. b. tit. & fa. tex. in l. 5. in actionibus. & l. 8. tutor. §. de in litem iurando.

f. l. pen. C. de locato & cond. & fa. tex. in §. ita tamen. I. de vi bon. rapt. l. 6. si quis in tantam. C. vnde vi l. 12. sed & partus. §. fin. cū l. 13. extat. §. quod metus causa.

g. l. 2. & l. 17. præses provincie. C. de locato & cond.

h. d. l. 9. si quis domum. §. in exustis. h. tit.

i. d. l. si quis domum. aliàs l. 10. si quis fundum. §. fin. h. tit.

- k. *l. pen. §. vlt. h. tit.* pter vestigal non solum onus in commissum ceciderit <sup>k</sup>.
- l. *l. 14. si hi qui. C. de locato & conducto.* XXXIII. Quod si hi, qui à vobis redemerant, frumentum & hordeum annonæ inferendum, accepta pecunia, fidem fefellerunt, locati iudicio, pecunia repeti potest, vel si data non sit retineri, liberatioq; impetrari <sup>l</sup>: itemq; agi ex locato potest, vt operæ promissæ præstentur <sup>m</sup>: si in lege operis locandi comprehensum sit, vt si ad diem effectum non esset, alij relocare illud liceret, non aliàs prior conductor ex locato tenebitur, quàm si eadem lege relocatum sit, nec antè relocare id licebit, quàm dies efficiendi præterierit <sup>n</sup>.
- m. *l. 22. si hi contra. C. d. tit.* XXXIII. Sed et si opus viciosum factum sit, agi hoc nomine aduersus conductorem potest, nisi ideò in operas singulas, merces constituta sit, vt arbitrio domini opus approbaretur <sup>o</sup>: quod si mandavi vt excuterer, quanti villam ædificare velles, renunciaſti mihi ducentorum impensam excurrere, egoq; certa mercede opus tibi locaui, postea comperi non posse minoris trecentorum eam villam constare, data autem tibi erant centum, ex quibus cum partem impendisses, vetui te opus facere, aduersus te opus facere perseverantem ex locato agam, vt reliquum mihi pecuniæ restituas <sup>p</sup>.
- n. *d. l. 13. quæritur. §. 10. si in lege. h. tit.* XXXIV. Illud quoq; conductor locatori hac actione refarcire cogitur, quod culpa sua vel imperitia nocuerit <sup>q</sup>, non tamen si quid casu fortuito contigerit <sup>r</sup>: nisi vt id conductor præstaret, conuentum sit <sup>s</sup>: culpam eorum, quos
- o. *l. 51. ea lege. §. fin. h. tit.*
- p. *d. l. 60. cum in plures. §. mandavi. h. tit.*
- q. *d. l. 9. si quis domum. aliàs. l. 10. si quis fundum. §. Celsus etiam. l. 11. videamus §. item prospicere. l. 13. item quæritur. in prin. & §. 1. cū §. exercitu. & §. seq. l. 19. sed addes. §. illud nobis. l. 25. si merces §. conductor. l. 30. qui insulam. §. qui multas. l. 35. & hæc distinctio. §. fin. l. 57. qui domū. h. tit. l. 28. in iudicio. C. eod.*
- r. *d. l. 15. ex conducto. §. si vis tempestatis. & d. l. 25. si merces. §. vis maior. h. tit.*
- s. *d. l. si quis domum. §. Iulianus. vbi aliàs est. l. 10. si quis fundum. in prin. cum §. seq. d. l. videamus. §. 1. & fin. & d. l. qui insulam. h. tit.*
- in-

induxit, præstare etiam tenebitur, si culpam ipse in inducendis ijs commisit t: dolum autem omninò præstare tenebitur u, si fortè seruum locatum surripuerit aut vulnerauerit x: si ædes integras destruxit y, si dolo conductoris opus approbatum sit z, si habitationem vel culturam ante tempus deseruerit a.

XXXVI. Quòd si vestimenta tua fullo perdidit, & habes vnde petas, nec repetere vis, ages nihilominùs ex locato cum fullone, sed iudex æstimabit an possis aduersus furem magis agere, & ab eo res tuas consequi, fullo- nis videlicet sumptibus: quòd si hoc tibi impossibile esse perspexit, tum fullonem quidem tibi condemnabit, tuas autem actiones te ei præstare compellet b. Aduersus eum quoq; cui locauerim faciendum, quod egomet faciendū cõduxerã habere, me ex locato actione constat c.

XXXVII. Aliquando tamen locationis & conductionis deficit obligatio & actio: ecce enim cum emptor fundum conducit donec precium exoluat, conductor obligatur, loca- tor non obligatur d: neq; in re propria locatio & conductione rectè consistit, quamuis priùs res restitui, & tum de proprietate lis suscitari de- beat e: nec miles f, nec curialis rectè con- ductor existit g, neq; tutores aut curatores, prius- quàm officij sui rationes reddiderint, de patri- monio Cæsaris quicquàm conducere possunt h: nec seruitutem locare quis potest i.

XXXVII. Sed & durante conductionis tempore, & mercede soluta, conductor expelli

t. d. l. videamus. in prin.  
u. d. l. cum in plures. §. ser-uum meum.

x. l. 42. si locatum. cum l. seq. b. tit.

y. l. 29. cum conductorem. C. de locato & conducto.

z. d. l. 24. si in lege. in pr. vers. quibus consequens. b. ii.

a. d. l. si in lege. §. si colonus.

b. d. l. cum in plures. §. vestimenta.

c. l. 48. si cui locauerim. in prin. b. tit.

d. d. l. 20. sicut emptio. in fine. b. tit.

e. l. 20. qui rem. l. 23. ad probationem. & l. 25. si quis conductionis. C. b. tit.

f. l. 31. milites. & l. ult. C. b. tit. l. 50. si ignorans. b. tit.

g. l. 30. curialis. C. b. tit.

h. l. 49. si tutori tu- tores. b. tit.

i. l. 44. locare. b. tit.

k. l. 3. & l. 15. si de fundo. C. de locato & conducto. & d. l. 54. quæro. §. inter locatorem.

l. l. 32. ne cui liceat. C. h. tit.

m. l. 56. cum domini. h. tit.

n. l. 23. & ideò. h. tit.

o. d. l. 21. si olei. C. De locato & conducto.

p. l. 16. legem quidem & l. 26. si conductionis. C. h. tit.

q. d. l. 31. in nauem Sausseij & d. l. 60. cum in plures, §. lege dicta, h. tit.

r. d. l. 19. sed addes §. si quis mulierem, h. tit.

s. l. 12. damnum, C. h. tit.

t. l. 6. is qui rem. h. tit.

u. l. 19. circa locationes. C. h. tit.

x. l. 45. si domum, in pr. & §. 1. h. tit.

y. l. 27. si tibi C. De locato & conducto.

non potest, nisi proprijs vsibus dominus rem necessariam probet, vel corrigere domum malit, vel conductor malè in re conducta versatus sit <sup>k</sup>: nec primus conductor, finito conductionis suæ tempore, molestare debet secundum, alioqui si priuatus sit, acriter cæsus, exilij pœnam subire, si miles, decem libris auri puniri iubetur <sup>l</sup>: Si conductor diu non appareat, neq; pensiones soluat, aperitur horreum vel domus & describuntur, quæ ibi sunt, à publicis personis <sup>m</sup>.

XXXIX. Ob id quoq; peti nō potest, vt recedatur à locatione & conductione, quòd minoris res locata sit, <sup>n</sup>, quoduè alius maiorem pensionem offerat <sup>o</sup>: neq; conuentionis fide impleta, aut amplius quàm conuenit, quicquàm peti potest <sup>p</sup>: neq; vni ex pluribus conductoribus suum prius restituens, aut ex voluntate locatoris in opere quid immutans, in culpa est <sup>q</sup>: neq; infantis nomine, qui in nauis natus sit, vectura debetur <sup>r</sup>: nec quod in re sua, à latrōibus damnum patitur colonus, à domino petet <sup>s</sup>, neq; quod furti nomine ex re conducta confecutus est, domino restituet conductor <sup>t</sup>: neq; remissio pensionis, vni facta, in exemplum trahetur <sup>u</sup>: & si in æde mea tibi locata, serui mei tibi damnum dederint, vel furtum fecerint, aut homo locatus id fecerit, noxaliter tantum agi potest <sup>x</sup>: dominusq; de his, quæ pro colonis erogata sunt, non aliter quàm ex stipulatione tenentur <sup>y</sup>.

Dispu-

Disputat. III. Respond. Patroclus Blankenagelius, Susatensis.

## De æstimatoria Actione. Tit. 3.

1.2.3.4. Æstimatoria actio in quibus casibus competat?  
s. Quid veniat in banc actionem.

I. Actio de æstimate proponitur tollendæ dubitationis gratia : fuit enim magis dubitatum, cum res æstimata vendenda datur, puta equum æstimo quinquaginta aureis, eumq; tibi vendendum trado, vtrum ex vendito sit actio propter æstimationem, an ex locato, quasi rem vendendam locasse videar, an ex conducto, quasi operas tuas in venditione facienda conduxissem, an mandati, quasi mandassem tibi, vt tanti venderes : sed quia conuentum videtur, vt aut ipse, si velis, habeas equum tanti emptum tibi, aut vt alij tanti eum vendas, aut deniq; si neq; ipse eum tibi emptum velis, nec alij vendere tanti possis, tum vt equum ipsum restituas, melius visum est, hanc actionem proponi <sup>a</sup>.

*l. i. in prin. h. tit.*

II. Neq; verò tum solummodò hæc æstimatoria actio competit, cum simpliciter res certo precio æstimata vendenda datur, nulla mercede pro eo tibi constituta, quòd in gratiam meam eam vendere debeas, sed in illo etiam casu utilis est hæc actio, cum merces pro venditione interuenit <sup>b</sup> : & rursus cum fundus locatur & æstimata instrumenta rustica colonus accipit, id agi videtur, si velit, vt eo precio instrumenta ista empta habeat, si verò nolit, tum vt ipsa instru-

*l. vlt. h. tit.*

e. l. 3. §. locati & condu-  
cti.

d. l. 54. quæro §. fin. §. lo-  
cati & conducti.

e. l. 10. plerunq; in prin. &

§. fin. §. de iure doti. & d. l.

3. §. l. locati & conducti.

f. l. 5. si ut certo §. commo-  
datum autem. §. commodat.

g. d. l. 1. vers. quoties. h. tit.

h. d. l. plerunq; §. si antè.

& l. 16. quoties. j. de iure do-

tium. l. 5. quoties. & l. 10. cū

dotem. C. de iure dotium. l. 3.

litis æstimatio. j. pro empto-  
re.

i. d. l. 1. vers. est enim. cum

seqq. h. tit. d. l. plerunq; §. fin.

cum l. seq. j. de iure dotium.

instrumenta incorrupta Domino restituat c:

idemq; est si seruus æstimatus colono detur d.

III. In dotalibus quoq; rebus vsitata & fre-

quens est huiusmodi æstimatio: & quidem si

res æstimatæ in dotem datæ fuerint & conuen-

nit, vt aut æstimatio aut res præstentur, si qui-

dem fuerit adiectum, vtrum mulier velit, eli-

get ipsa vtrum malit petere rem, vel æstimati-

onem: verum si ita fuerit adiectum, vtrum ma-

ritus velit, ipsius erit electio: at si nihil de ele-

ctione adijciatur, ex natura æstimationis electi-

onem habebit maritus, vtrum malit res offerre,

an precium c.

IIII. In commodato etiam res sæpè æsti-

matæ dari solent f: & in summa quoties prop-

ter æstimationem de nomine alius contractus

ambigitur, & tamen naturali æquitati conue-

nit, aliquam actionem dari, dandam esse æsti-

matoriam præscriptis verbis actionem, prodi-

tum est ab Vlpiano Iureconsulto g.

V. Quia verò æstimationis negocium ciuile

est, & quidem bona fide geritur, adeo vt alibi

æstimatio vera venditio dicatur h, omnia hinc

locum habent, quæ in bonæ fidei iudicijs dixi-

mus: æstimatio autem periculum facit eius,

qui suscepit, & aut rem ipsam debet incor-

ruptam reddere, aut eius æstimationem i.

## De rerum permutatione: Tit. 4.

1. 2. 3.

4. 5. 6.

Permutatio quomodo differat ab emptione & venditione?

Quomodo ex permutatione actio detur?

Permu-



I. **P**ermutatio sanè multò euidentiùs, quàm æstimatio ab emptione & venditione differt: sicut enim aliud est vendere, aliud emere, alius emptor alius venditor, ita precium aliud, aliud merx: at in permutatione discerni non potest, vter emptor vel vter venditor sit, neq; hinc precium pro merce datur, sed simpliciter res pro re commutatur <sup>a</sup>.

II. Sed & præstationes vtrinq; multum differunt: emptor enim nisi nummos accipientis fecerit, tenetur ex vendito <sup>b</sup>, venditori sufficit ob euictionem se obligare <sup>c</sup>, possessionem tradere <sup>d</sup>, & purgari de dolo malo <sup>e</sup>: in permutatione verò si vtrumq; precium esse diceretur, vtriusq; rem fieri oporteret, si vtrumq; merx diceretur, neutrius ré fieri oporteret: sed cum debeat in emptione & venditione & merx & precium esse, non potest hinc inveniri, quid eorum quæ dantur, vel merx vel precium sit, nec ratio patitur vt vna eademq; res & veneat & precium sit emptionis: vnde si res permutata, quam acceperim vel dederim, postea euincatur, in factum dabitur præscriptis verbis actio <sup>f</sup>.

III. Item emptio venditio nuda consentientium voluntate contrahitur: permutatio autem ex re tradita initium obligationi præbet, & ex altera parte traditione facta, si alter rem nolit tradere, vel in hoc agemus quod interest nostra, illam rem accepisse de qua conuenit, vel vt res contra nobis reddatur, conditioni locus est, quasi re non secuta <sup>g</sup>: nulla autem

a. l. i. in prin. b. tit. & l. i. in prin. et §. i. s. de contrab. emptio. §. item precium. l. de empt. & vendit.

b. tex. hic in d. l. i. in pr. vers. multumq; differunt. & in l. ii. ex empto in prin. s. de ad. empt.

c. tex. hic in d. l. i. in prin. vers. multumq; differunt. d. l. ex empto in prin. l. pen. §. ult. s. de periculo & com. rei vend. l. i. C. de pericul. & com. rei vend. & toto tit. ff. C. de euict.

d. tex. hic in d. l. i. in prin. vers. multumq; differunt. d. l. ex empto in prin. & l. 13. Iulianus. §. 18. possessionem autem. s. de ad. emp.

e. tex. hic in d. l. i. in pr. vers. multum interest. l. 68. si cum fundum. s. de contr. empt.

f. tex. hic in d. l. i. in prin. vers. in permutatione. & ibi Accurs. in gl.

g. d. l. i. §. item emptio. c. seq. vbi gl. & Dd. l. 5. quoniam asseueras. & l. 7. emptionem. C. de rer. permu. & præscript. verb.

re ex

b. l. 3. C. de rer. permut.  
 & præscrip-verb.

i. l. 11. ex empto. in prin.  
 & §. 8. Cassius ait, s̄. De  
 act. empti.

k. l. 1. C. De rer. permutat.  
 & præscript. verb.

l. l. 4. cum precibus. C. De  
 rer. permutat. & præscript.  
 verb.

m. l. 2. C. De rer. permutat.  
 & præscript. verb.

re ex permutationis placito secuta, constat ne-  
 mini actionem competere iure ciuili, nisi stipu-  
 latio subiecta, ex verborum obligatione quæ-  
 fierit partibus actionem<sup>b</sup>.

III. Quòd si igitur cum patruus tuus ve-  
 nalem possessionem haberet, pater tuus precij  
 nomine aliam possessionem, licet non taxata e-  
 ius quantitate dedit, idq; quod comparauit  
 seu emit, non iniuria Iudicis, nec patris tui cul-  
 pa euictum est, sicut aliàs in actione ex empto  
 fieri solet<sup>i</sup>, non immeritò id quod tua inter-  
 est, si in patris iura successisti, desideras: at e-  
 nim si cum vèalis possessio nō esset, permutatio  
 facta est, idq; quod ab aduersario præstitum est,  
 euictū est, si hoc elegeris, cum ratione restitui  
 postulabis<sup>k</sup>.

V. Si verò is, qui à te fundum ex permuta-  
 tionis causa accepit, fundum illum alteri ven-  
 diderit, contra emptorem quidem nullam ha-  
 bebis actionem, vtpote cum ab eo susceperit  
 dominium, cui te tradidisse titulo permutatio-  
 nis non negas: sed si secundum fidem placiti  
 stipulatio subiecta est, successores eiusdem, cum  
 quo contractum habuisti, conuenire non prohi-  
 beris: si verò nulla stipulatio intercessit, præ-  
 scriptis verbis actio est, vt vel fides placiti tibi  
 seruetur, vel quòd alterius accipiēdi fūdi gra-  
 tia dedisti, causa non secuta, restituatur<sup>l</sup>.

VI. Permutationem porrò vtpote re ipsa  
 bonæ fidei constitutam, vicem emptionis obti-  
 nere, non est iuris incogniti, vt dixerunt Impe-  
 ratores Diocletianus & Maximinianus<sup>m</sup>: vel  
 vt

vt dixit I. C. Paulus, permutatio vicina est emptioni: proinde sanum quoq; & furtis noxisq; solutū, & non esse fugitium seruum, praestari debet, qui ex ea causa detur<sup>n</sup>. n. l. ult. h. tit.

De praescriptis verbis & in factum actionibus: Tit. 5.

1.2.3. *Contractuum innominatorum quae sit ratio?*  
 4. & seqq. *Innominatorum contractuum quatuor genera, & quomodo ex ijs agatur?*  
 13.14.15.16. *Quomodo ulterius Praescriptis verbis actio detur?*  
 17. *Quando detur actio in factum subsidiaria?*

I. Illud igitur hic in memoriam nunc reuocandum est, quod iuris gentium conuentiones Iure ciuili singulariter comprobatae, quaedam transeunt in proprium nomen contractus, propriamq; habent, pro singulorum generum diuersitate constituendae obligationis rationem, & inde etiam propriam actionem: quaedam verò non transeunt in proprium nomen contractus, vbi certa sit constituendae obligationis ratio (quippe cum natura ita conditum sit, vt plura sint negocia, quam vocabula<sup>a</sup>,) attamen quia causa dati vel facti subest, *a. l. 4. natura enim. h. tit.* συνάλλαγμα constituunt, & ciuilis incerti praescriptis verbis actio datur<sup>b</sup>.

II. Nonnunquam enim euenit, vt cessantibus iudicijs proditis, & vulgaribus actionibus, *b. l. 7. iuris gentium. in pr. & ibi Dd. s. de pactis. & ibi dictum in Synopsi. nu. 7. 8. & 9.* cum propriū nomē inuenire non possum<sup>9</sup> contractus<sup>c</sup>, sed existunt contractus, quorum appella- *c. l. 1. in prin. h. tit.*

- d. l. 3. b. tit.  
 e. l. 2. b. tit.  
 f. d. l. 1. in prin.

g. Cicero in oratione pro Roscio.

h. Cicero in d. orat. pro Roscio. & ibi notat. Francisc. Hotoman.

i. l. 1. & 2. C. de formulis & impetrationibus actionum sublatis. §. fin. I. de interd. l. 47. actio. §. de nego. gest. l. 8. ordo. §. de publ. iud.

k. l. 5. naturalis. in prin. h. tit.

l. l. 1. in prin. & §. 1. §. de contrab. empt. l. 2. in prin. §. locati & conducti. l. 1. in prin. §. de rerum permutat. & d. l. naturalis. §. & si quidem. m. l. ult. §. de condic. causa data causa non secuta.

n. l. 1. in prin. & l. 11. ex empto. §. idem ait. l. 12. si iactum. §. de act. empti. l. 4. si traditio. l. 10. cum venditor rem. & l. 12. sicut periculū. C. de act. empti.

pellationes nullæ Iure civili proditæ sunt d, & deficiunt vulgaria atq; vsitata actionum nomina e, facile descendamus ad eas actiones, quæ in factum appellantur f, & cum olim in alijs omnibus & singulis actionibus, pro singulorum nominatorum contractuum natura, certæ proditæ essent formulæ agendi g, in his actionibus, quæ ex innominatis contractibus dabantur formulæ agendi, præscribebantur pro singulorum negociorum qualitate, vnde nomen mansit actionis Præscriptis verbis h: quamuis formularum illa curiositas prorsus sit iamdudum sublata i.

III. Inspiciendus itaq; hic est totus de negocijs dati vel facti tractatus, qui in diuersis istis consistit generibus innominatorum contractuum: aut enim do tibi vt des, aut do vt facias, aut facio vt des, aut facio vt facias: in quibus singulis videndum erit, quomodo extra vulgatos terminos nominatorum contractuum, nascatur præscriptis verbis actio k.

III. Quòd si igitur pecuniam dem, vt rem accipiam, si quidem pecunia vt precium detur, sine dubio emptio & venditio est l: si verò pecunia vt corpus, non vt precium detur, contractus erit innominatus do vt des m, & ideo quamuis in emptione & venditione tantum ad hoc agatur, vt res tradatur, vel præstetur id quod interest n: tamen hic, non solum ad impletionem contractus, vel ad id quod interest agi potest, sed qui dedit, cum altero non datur

tur rursus quòd conuenit, si suum recipere malit, potest repetere quod datum est quasi ob rem datum, re non secuta °.

V. Quod si rem do vt rem accipiam, quia non placet permutationem rerum, emptionem esse, dubium non est innominatum esse contractum & nasci ciuilem obligationem, & vel ad impletionem contractus, vel ad id quod interest agi posse, vel quasi causa data, causa non secuta agi posse: sed si Scyphos tibi dedi, vt Stichum mihi dares, periculo meo Stichus erit, ac tu duntaxat dolum & culpam praestare debes P.

o. d. l. vlt. §. de condic. cau-  
sa data & c. l. i. in fin. vbi gl.  
& Dd. & inter caeteros lu-  
cidissimè Paulus de Castro.  
nu. 7. §. de rer. permut. d. l.  
§. naturalis. §. et siquidem.

VI. Nascitur item ciuilis obligatio & actio, si dominus seruum, cum furti argueretur, quaestionis habendae causa aestimatum dederit: vel si ob eam causam ego te acceptò liberaui, vt nomen Titij debitoris tui mihi delegares: Quòd si margaritas tibi aestimatas dederò, vt aut easdem mihi redderes, aut precium earum dares, & haec perierint ante venditionem, siquidem ego te rogavi, vt mea causa eas venderes, meum erit periculum, si tu me rogasti, vt tua causa eas venderes, tuum erit periculum, si neuter nostrum alterum rogauit, sed duntaxat consensimus, haec teneberis, vt dolum & culpam praestes: actio autem ex hac causa utiq; erit praescriptis verbis f.

p. d. l. naturalis. §. et si-  
quidem. & l. penult. b. tit. l.  
6. res. cum l. penult. & vlt.  
C. de rerum permut. et pra-  
script. verb.

q. l. 8. si dominus. b. tit.  
r. l. 9. ob eam causam. b. ti.  
s. l. 17. si gratuitam. §. 1.  
& 2. vbi aliàs est. l. 19. si rem  
tibi. b. tit.

Y 2

At

VII. At cum do ut facias, si tale sit factum quod locari solet, pecuniâ datâ locatio erit, si res, puta equus detur, non erit locatio, sed nascetur vel civilis actio, in hoc, quod mea interest, vel ad repetendum condictio: quod si tale est factum, quod locari non possit, puta ut seruum manumittas, siue certum tempus adiectum est, intra quod manumittatur, idq; cum potuisset manumitti, viuo seruo transierit, siue adiectum non fuit, & tantum temporis consumptum sit, ut potuerit, debueritq; manumitti, condici ei potest, vel præscriptis verbis agi<sup>t</sup>.

t. d. l. 5. naturalis. §. at cum do. & l. 7. si tibi decem b. tit.

VIII. Quod si dedi tibi seruum Stichum, ut tu seruum tuum Pamphilum manumitteres: tuq; Pamphilum secundum conventionis placita manumiseris, postea verò Stichus tibi euictus sit, si sciens alienum esse dedi, de dolo dabitur in me actio, si ignorans, in factum civilis præscriptis verbis<sup>u</sup>.

u. d. l. naturalis §. at cum do. vers. sed si dedi l. 7. Iuris gentium. §. sed etsi in alium s. De pact.

IX. Quod si faciam ut des, & posteaquam feci cessas dare, quia de mercede operæ conventum non est, non incidit hoc negotium in civilem locationis & conductionis actionem, puta pactio intercessit, ut pro indicio serui tui fugitiui, mihi aliquid dares, seruus indicatus & apprehensus est, neq; quod conventum est pro indicio soluitur, præscriptis verbis actio erit, vel si dolus arguatur, de dolo actio dabitur<sup>x</sup>.

x. d. l. naturalis. §. quod si faciam. & l. 15. solent. b. tit.

X. Sed si faciam ut facias, puta, quod pacti simus, ut tu a meo debitore Carthagini exigas

gas, ego à tuo Romæ, vel vt tu in meo, ego in tuo solo ædificem, & ego exegi debitum, vel ædificaui, tu cessas, quamuis mandatum v-

y. *fac. tex. elegans in l. 24. Lucius Titius. §. depositi.*

trinq; intercedere videatur, possitq; in impendijs, quæ vtrinq; sequantur, mandatum ex p-

z. *d. l. naturalis. §. sed si facio.*

cto naturam suam excedere y, tamen, vt ait I. C. Paulus, tutius est præscriptis verbis dari actionem, quæ similis est mandati actioni z.

XI. Similiter si naturalis meus filius tibi seruit, & tuus mihi, & conuenerit inter nos, vt tu meum manumitteres, ego tuum, atq; ego manumiserim, tu non, actione præscriptis verbis intentata, tanti tu condemnari debebis, quanti interest mea, seruum habere quem manumisi a: itemq; præscriptis verbis actio erit, si

a. *d. l. naturalis. in prin. §. fin.*

cùm quis vnum bouem habet & vicinus vnum, placuerit inter eos, vt per denos dies inuicem boues commodarent, vt opus facerent, & apud alterum hos alterius perijt b.

b. *l. 17. si gratuitam. ali. §. si cum vnum. h. tit. §. præterea. I. de locato & conducto.*

XII. Rursus præscriptis verbis actio erit, si cum merces non interuenisset, prædium pro te obligauero, vt fideiussorem mihi præstares, nec facias c: vel si operas fabriles quis vice mutua dedisset, vt totidem reciperet, neq; tamen ab altero operæ rursus præstentur d.

c. *l. 19. rogasti. §. fin. h. tit.*

d. *l. penult. h. tit.*

XIII. Sæpe etiam præscriptis verbis actio datur, cum in aliquot horum generum ex contractibus innominatis, negotium non ita exactè incidit, sed propiùs ferè ad formam nominati alicuius contractus accedit, attamen tollendæ dubitationis gratia præscriptis verbis actio proponitur e, veluti aduersus magistrum

e. *fa. text. elegans in l. 1. §. de aestimato. act.*

f. l. 1. in prin. h. tit.

g. d. l. 1. §. fin. h. tit.

b. l. 6. infulam h. tit.

navis, cum incertum est, nauem conduxerit, an merces vehendas locauerit <sup>f</sup>, vel si precij explorandi gratia res alicui tradita sit <sup>g</sup>: si ita infula vendita sit, vt aliam infulam emptor reciperet <sup>h</sup>.

i. l. 12. si vir vxori. h. tit.

k. l. 13. si tibi rem. in prin. b. tit.

XIIII. Sic quoq; præscriptis verbis actio datur, si vir vxori suæ fundos vendidit, & in venditione conuenit, si ea nupta esse desisset, vt eos fundos si ipse vellet, eodem precio mulier transcriberet viro <sup>i</sup>: item si rem vendendam tibi dederit, & placuerit vt quo pluris vendidisses, tibi haberes <sup>k</sup>: si aræ meæ dominium transtulero vt infula ædificata partem mihi reddas: si puerum docendum vel nutriendum, aut pecus pascendum tibi dederit, dominiumq; transtulero, vt si post certum tempus puer vel pecus venderetur, precium tibi communicaretur <sup>l</sup>.

l. d. l. si tibi rem. §. Iulianus. vbi aliàs est l. 14. si tibi area. h. tit.

m. l. 15. permisisti. in prin. b. tit.

n. d. l. permisisti. §. fin.

o. l. 17. si gratuitam. in pr.

p. d. l. si gratuitam. §. Papinianus. vbi aliàs est l. 19. si rem tui. h. tit.

q. d. l. si gratuitam. aliàs l. si rem tibi. §. si cum mihi.

r. d. l. si gratuitam. aliàs l. si rem tibi §. fin.

XV. Eadem porrò ratione competit præscriptis verbis actio, si permisisti mihi, vt creatam de agro tuo eximerem, & locum replerem, nec repleui <sup>m</sup>: si permisisti vt fererem in tuo fundo, nec pateris me fructus tollere <sup>n</sup>: si gratuitam mihi habitationem dederis, neq; constat commodatò an precariò <sup>o</sup>: si rem mihi inspiciendam dederis & ignoretur vbi sit <sup>p</sup>: si cum mihi vestimenta vendere velles, rogavi vt ea apud me relinquant, vt peritioribus ostenderent: si sponsionis causa annulos acceperim, nec reddam victori <sup>r</sup>.

XVI. Ad eundem etiam modum præscriptis verbis actio datur, si apud te pecuniam deposue-



posuerim vt dares Titio, si fugitium meum  
 reduxisset, nec dederis <sup>f</sup>: si rogasti me vt num- <sup>s.</sup> l.18. si apud te. h. tit.  
 mos tibi mutuos darem, & cum non habe-  
 rem, dedi tibi rem vendendam vt precio vtere-  
 ris, tuq; non vendidisti, vel precium non acce-  
 pisti <sup>t</sup>: si tibi equos venales experiendos de- <sup>t.</sup> l.19. rogasti. in prin. b  
 dero, vt si in triduo displicuissent redderes, <sup>tit.</sup>  
 tuq; defultor in his cucurreris & viceris, de- <sup>u.</sup> l.20. apud Labeonem. in  
 inde emere nolueris <sup>u</sup>: si mulas tibi dedero vt <sup>prin. b. tit.</sup>  
 experiaris, & si placuissent, emeris, si non, in  
 dies singulos aliquid praestares, deinde non-  
 dum perfecta emptione intra dies experimenti <sup>x.</sup> d. l. apud Labeonem. §.  
 mulae a grassatoribus ablatae sunt <sup>x</sup>: si argen- <sup>item apud.</sup>  
 tum, quod empturus eras, seruo referendum <sup>y.</sup> d. l. apud Labeonem. §.  
 dedisti, & id perierit <sup>y</sup>: si polienda sarcina uel <sup>fin.</sup>  
 vestimenta acceperis, nulla certa mercede data  
 vel constituta <sup>z</sup>: si scyphos tibi dedi vt pondus <sup>z.</sup> l.22. si tibi polienda. b.  
 argenti, aut vt eosdem vel eiusdem ponderis <sup>tit.</sup>  
 argentum redderes <sup>a.</sup> l. vlt. b. tit.

XVII. Ab illa autem in factum praescrip-  
 tis verbis actione multum differt subsidiaria  
 haec & praetoria in factum actio, itemq; in fa- <sup>b.</sup> l.11. quia actionum. §. l.  
 ctum exceptio, quae deficiente prorsus omni ci- <sup>21. quoties. h. tit. §. fin. l. ad</sup>  
 uili actione vel exceptione dari solent <sup>b</sup>, vt cum <sup>leg. Aquil.</sup>  
 actio in factum datur, eo quod ususfructus loco  
 pecunia data, omissa sit stipulatio <sup>c</sup>: cum quasi <sup>c.</sup> l.10. partis tertiae. b. tit.  
 seruandarum mercium causa, merces sine cau- <sup>d.</sup> l.14. qui seruandarum  
 sa, attamen sine dolo etiam in mare proiectae <sup>in prin. b. tit.</sup>  
 sunt <sup>d</sup>: cum seruus spoliatus frigore perijt <sup>e</sup>: <sup>e.</sup> d. l. qui seruandarum.  
 cum rem alienam in profundum quis proiecit <sup>§. 1.</sup>  
 damni dandi, non lucri faciendi causa <sup>f</sup>: cum <sup>f.</sup> d. l. qui seruandarum. §.  
 glans ex arbore tua in fundum meum cadit, <sup>sed etsi calicem.</sup>  
 eamq;

eamq; ego immisso pecore depasco g: si secun-  
 g. d. l. qui seruandarum. dùm Tiberim ambulanti rogatus annulum  
 §. fin. ostenderim, vt respiceret, isq; illi exci-  
 h. l. 23. duo secundum. h. t. derit, & in Tiberim deuolutus  
 fit h.

FINIS SYNOPSEOS THESIUM SIVE  
 axiomaticum Iuris ad Tertiam partem  
 Pandectarum.

S O L I D E O G L O R I A.

Quod spiro & placeo, si placeo, tuum est.  
 Horat.

mus.

mt.




mus  
m t

Kc 3171

x2216724

224





SYNOPSIS  
I V M S I V E  
T V M I V R I S, A D  
m Pandectarum seu Dige-  
Iuris Ciuilis Ro-  
mani,

Authore

HORSTIO, I. V. DOCTO-  
ademia Iulia Helmstadiana  
Professore.



CEM NON CONTRA

INVIDIAM VINCIT.

ratia & Priuilegio.

HELMSTADII  
obus Lucius Transylvuanus.  
no M. D. LXXXIII.